MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80066-14

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

MATTHIAS, FRANZ

TITLE:

QVAESTIONVM BLANDINIANARVM ...

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

1882

Master Negative # 91-80066-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87HE
M43

Matthias, Franz.
Qvaestionvm Blandinianarvm capita tria; dissertatio inavgvralis philologica qvam ... defendet Franciscvs Matthias... Halis Saxonvm, 1882.
72 p. 22cm.

Thesis, Halle.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-26-91 INITIALS V.W.D.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
Inches
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

GUSTAV E. STECHERT
810 Broadway
NEW-YORK.

87HE M43

Columbia College
in the City of New York



Library.

QVAESTIONVM

BLANDINIANARVM

CAPITA TRIA.

DISSERTATIO

INAVGVRALIS PHILOLOGICA

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARVM VNIVERSITATE

FRIDERICIANA HALENSI

CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

D. XX M. DECEMBRIS

IN PVBLICO DEFENDET

FRANCISCVS MATTHIAS

BEROLINENSIS.

ADVERSARII ERVNT:

P. SCHVLZE, STVD. PHIL.

TH. VOIGT, STVD. PHIL.

HALIS SAXONVM

MDCCCLXXXII.

13 B2 Stechert

PROF. DR. CAROLO KEMPFIO.

GYMNASII FRIDERICIANI BEROLINENSIS

DIRECTORI DOCTISSIMO

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

FAVTORI BENEVOLENTISSIMO

SACRVM.

13 SEP 1892 Stockholm

142126

Quaestionum Blandinianarum

caput primum.

De codice Blandinio antiquissimo.

Cum Jacobus Cruquius in suis Horatii editionibus codicis illius clarissimi qui vocatur Antiquissimus et trium aliorum exemplarium Blandiniorum lectiones in lucem protulisset et Bentleius illorum auctoritatem, cum reliquorum tum maxime Antiquissimi, plurimi fecisset, Lachmannus, Hauptius Muetzellius (Z. f. G. IX., 1855 p. 850—857), Ritterus (Z. f. G. XI. 1857 p. 359—361), alii cum secuti sunt: Bergkius contra in Philologi vol. XIV. 1859 pag. 389 haec dictitavit: „Die angaben des Cruquius ueber die von ihm benutzten handschriften des Horaz beruhen zum theil auf faelschung: wie man darauf die kritik des dichters basiren kann, ist mir nie begreiflich erschienen."

Quae cum professus esset vir ille clarissimus, acerrimum virorum doctorum certamen exortum est Cruqui auctoritatem aut defendentium aut labefactantium. Postquam deinde Zangemeisterus (Mus. Rhen. XIX. 1864 p. 321—339) nonnullique alii Jacobum Cruquium defenderunt, ad contrariam opinionem inclinavit maxime Kellerus, qui cum Mus. Rhen. XVIII. 1863 p. 281 et XIX. 1864 p. 634. in editione sua maiore annorum 1864 et 1869, tum vero maxime in Epilegomenis ad Horatium suum additis Cruquii auctoriatem adoriri studuit, quam opinionem nonnulli alii secuti sunt viri docti.

Cruquii adversariis id obstare videbatur, quod alii illius aetatis homines in eadem bibliotheca eodem antiquissimo

Blandinio codice usos se esse professi sunt, in quibus Muretus, qui in editione sua Aldina anni 1555 vitam Horatii a Suetonio conscriptam a Morillone iuvene collatam edidit et Petrus Nannius, qui idem „ex vetustissimo codice Blandinio“ in Miscellaneorum suorum libro tertio anno 1548 editorum et in Gruteri Lampade anni 1602 repetitorum eanden vitam et praeterea nonnullas carminum inscriptiones, codicis lectiones, Acronis*) scholia aucta et emendatiora attulit.

Sed cum ea, quae a Mureto et Nannio commemorata sunt, accuratius examinari coepta essent, exstiterunt complures viri docti, ut Rothius (praef. ed. Suet. 1857), Düntzerus et antea et planissime in Z. f. G. XI. 1857 p. 927—937, novissimis temporibus Mewesius in dissertatione, quae inscribitur: „De codicis Horatiani qui Blandinius vetustissimus

*) Nos in hac disquisitione hanc scholiorum congeriem Acronis, non Pseudo-Acronis, nomine appellabimus, quamquam eam Acronis esse a multis negari non ignoramus. Putamus enim, qua de re alio fortasse loco uberius disserere licebit, eorum scholiorum summam Acroni re vera tribuendam esse, praesertim cum ab Usenero (Mus. Rhen. vol. XXIII. anni 1868 p. 490) iam saeculo octavo vel nono his scholiis nomen Acronis inditum fuisse demonstratum sit. Praeterea permulti scriptorum amissorum loci, sicut Ennii, Lucilii, Sallustii in Historiis, aliorum iis scholiis nobis conservati sunt, qui posterioribus saeculis velut sexto vel septimo maximam partem iam deerant. Multa alia afferre liceret, sed satis sit ad unum animum advertisse. Constat enim ex Charisio (ed. Keil Vol. I. p. 119, 12 et 20. 126,15. 197,25. 130,10. 201,3. 210,10. 210,13. 216,17. 229,21. 192,30. 200,15. 219,5.) Helenium Acronem commentarium ad Terentii Eunuchum et Adelphos perscripsisse. Quae cum ita sint, nonne mirum videtur esse, quod in iis scholiis, quae Acronis nomine circumferuntur, Terentius multo saepius laudatur quam a Porphyrione, ac creberrime in Eunucho et Adelphis, quo quidem accedit Andria, de cuius commentario Acroniano nihil scimus? Andria Acr. decies, Porph. bis; Eunuch.: Acro quatuordecies, Porph. sexies, sed bis idem scholion et ter idem quod est in Acr.; Heaut. Tim. Acr quater, Porph. ter, sed semel idem quod in Acr.; Adelph. Acr. novies, Porph. semel, sed idem quod in Acr.; Hec. Acr. quater, Porph. bis; Phorm. Acr. quinquies, Porph. ter. Praeterea ratio disputandi et explanandi, quae apparet ex Charisio, simillima est commentariis ad Horatium Acronis nomine nobis conservatis.

(V) vocatur natura atque indole“ (in Gymnasii Werderani Berolinensis dissertationum collectione anni 1881), Cruquii Vetustissimum cum Mureti et Nannii codicibus congruere negantes. Ac primum quidem, si vitam Horatii a Suetonio conscriptam inspexeris et Mureti, Nannii, Cruquii exemplaria inter se contuleris re vera maxime ea dissentire videntur.

Cruquii recensio saepissime cum Mureto, rarissime cum Nannio, interdum cum Lambino, qui ipse quoque in editionem suam Suetonii vitam recepit, consentire videbatur, ac maxime quidem duabus de causis Cruquium Muretumque non eodem codice usos esse quo Nannium credidit Rothius: Nannium enim (p. 297,10 Roth., pag. 44,9 Reiff.) habere „deinde“ vocabulum et graecam vocem sic scriptam proferre (p. 298,19 Re.) ὀτηκωάντατος, quod utrumque esset in codice Parisino 8214, contra Muretum et Cruquium habere „mox“ vocabulum (M.C.) et οἰκωλιήστατος (Cruquius ὀγκωδέστατος ex Nannii coniectura), quod utrumque esset in codice Parisino 7972. Cui rei lucem attulit Reifferscheidius in Quaest. Suet. p. 388, qua apparuit, Cruquii varias lectiones, duabus exceptis, nihili putandas esse, cum ille totus fere penderet ex Mureti et Lambini recensionibus: Muretum vero et Nannium sine dubio unum et eundem codicem adhibuisse, id quod nunc, postquam nonnulli alii codices manuscripti, qui vitam continent, collati sunt, luce clarius est. Rothius de vocabulo „deinde“, quod esset in codice illo Parisino, erravit, cum Reifferscheidio auctore ibi non inveniatur; graece autem illud scriptum diverse tantummodo lectum est: OTKOANCTATOC et OIKOAHCTATOC, nam utriusque verbi litterae adeo similes sunt, ut inde οἰκωλιστάτως et ὀτηκωαντάτως facile elicere possis.

Codex autem Blandinius in vita Horatiana his locis diversus erat a codicibus qui nunc nobis supersunt: p 45, 1 Re 297,12 Ro monstratur NM (demonstratur C.), Nostri: testatur. | p. 47,9 Re 298,17 Ro sed si tibi statura NMC: Nostri omittunt „si“ | p. 47,7 Re 298,12 Ro Item Horatius habitu N. Nostri om. „Item Horatius“. Aut Nannii interpolatio est, aut a Mureto prudenter emendante omissum. |

p. 47,7 Re 298,12 Ro brevis fuit NMC. Nostri: fuit brevis. | p. 45,6 Re 297,16 Ro in Bland. cod. om. erat „iudiciis“ (NMC.), quae vox est in Nostris. | Item pag 46,3 Re 297,36 Ro in Blandinio codice omissum erat „opinatus erat“ (NMC), quod est in Nostris. Praeterea codex ille vetustissimus Nostris praestitit his: p. 46,3 Re. 297,36 Ro perpetuo NMC, Nostri: perpetua | p. 47,16 Re 298,23 Ro domusque eius ostenditur, — ubi Nostri omittunt „eius“. Cetera, quibus Nannius cum Mureto Cruquioque dissentire videtur, nihil sunt nisi menda ex summa Nannii neglegentia orta. Quae neglegentia cur tanta fuerit, facile potest cognosci: Versabatur enim Nannius Gandavi, ubi erat bibliotheca illa clarissima Blandinia, ut ab illius urbis magistratibus deprecaretur fratris vitam, qui illis temporibus civilibus et intestinis discordiis concitatis propter tumultum in urbe conflatum in vincula coniectus et in summum capitis periculum vocatus erat. Haec ipse narrat in Miscellaneorum suorum exordio. Tam vero gravi de re agentem haud ita paratum fuisse ad codices antiquissimos, „barbarissimis characteribus scriptos“ diligenter, studiose, attente describendos facile elucet.

Nannii errores hi sunt: p. 44,6 Re 297,6 Ro cubito emungentem. | p. 44,7 Re 297,7 Ro bello Philippense (Philippensi) | p. 44,9 Re 297,10 Ro „deinde“ pro „mox“, p. 44,10 Re 297,10 Ro locum in amborum amicitia (in amb. am. loc.) | p. 45,2 Re 297,12 Ro „epigrammate ubi inquit“, quae duo extrema verba omittunt codices, | p. 45,7 Re 297,19 Ro Flacce (Flacci), | p. 45,7 Re 297,17 Ro ei epistolarum officium obtulit (epistolarum quoque ei officium obtulit) | p. 45,9 Re 297,19 Ro scribendis epistolis amicorum sufficiebam (sufficiebam scribendis epistolis amicorum) | p. 45,10 Re 297,20 Ro a te cupio abducere (felix emendatio pro: te cupio abducere, ut Codd. Paris. A et D ap. Reiff.: te cupio adducere Codd Par. C (ut vid.) E. Muretus | p. 45,12 Re 297,22 Ro in scribendis epistolis (in epistolis scribendis) | p. 45,14 Re 297,24 Ro ex quibus (e quibus) | p. 45,15 Re 297,26 Ro victor (convictor), | p. 45,19 Re 297,29 Ro Septimo (Septimio) | p. 45,19 Re 297,31 Ro

„enim“ omissum | p. 45,22 Re 297, 36 Ro „eum“ omissum | p. 46,6 Re 297,38 Ro „suorum“ omissum. | p. 46,11 in 298,6 Ro elogium (eglogam). [Sic enim, eglogam. non eclogam, ut vulgo scribitur, habent codices Horatiani ubique.] p. 47,5 Re 298,12 Ro qualis a se ipso et in (qualis et a semet ipso) | p. 47,7 Re 298,13 Ro protulit (pertulit.) | p. 47,15 Re 298.24 Ro Tiburtini (Tiburni) | p. 47,17 Re 298,14 Ro „ meas“ omissum, | p. 48,1 Re 298,25 Ro: commendans (commendantis).

Cruquius vero ubique Lambinum Muretumque potius quam codicis scripturam secutus praebet eorum “emendationes“, sicut Lambini [44,3 Re 297,3 Ro Quintus Horatius Flaccus (rell. om. Quintus); 44,3 Re 297,4 Ro ut ipse quidem (rell. om. quidem); 45,5 Re 297,15 Ro hinno; 45,14 Re 297,24 Ro suggerere (ingerere); 46,1 Re 297,33 Ro putissimum (purissimum); 44,10 Re 297,10 Ro in gratiam insinuatus (codd. om. in gratiam); 47,7 Re 298,14 Ro ne accusem brevitatem (codd. ut accusantem] et Mureti [p. 44,14 Re 297,4 Ro vero (vere), p. 45,1 Re 297,11 Ro dilexerit (dilexit) 45,4 Re 297,14 Ro tu tuum (tutum: Titum Nann.) 46,1 Re 297,33 Ro penem (pene, paene codd: Nan: poenae): 47,7 Re 298,14 Ro Dionysius (Onysius)]. Quid? quod manifestos Mureti vel potius Morillonis, eius auctoris, errores in textu suo collocavit Cruquius: 47,11 Re 298,25 Ro „eius“ ante „titulo“ posuit; 45.11 Re 297.21 Ro „igitur“ pro „ergo“: quos errores, etsi in nullo codice manuscripto inveniuntur, tamen, quippe ex Mureti editione descriptos, secutus est.

Quae ultimo loco posuimus maximam partem iam a Reifferscheidio in sua Suetonii editione et ab Hirschfeldero in libro, qui inscribitur „Quaestionum Horatianarum specimen Berol. 1862“ proposita ideo repetivimus et auximus, quia eum, qui hanc dissertationem leget, cognoscere et in animo habere volumus, quam incuriose et Nannius et Cruquius rem egerint, si postea eadem de scholiis ab utroque prolatis dicemus.

Quae quamquam ita sunt, tamen noli credere Cruquium — id quod Lambinus fecit — vitam Suetonianam ex editionibus prioribus contaminasse, cum duobus locis eum inspexisse codicem

suum antiquissimum satis constet. Primum enim exhibet 308, 2 Ro „post Sermones vero lectos quosdam“, quam codicum lectionem „quosdam“ a Nannio et Morillone praetermissam Cruquius unus recte habet, sed ita, ut hinc statim eum haud ita accuratum et curiosum fuisse (id quod postea saepissime demonstrabitur) appareat, quoniam codices nostri alia verborum collocatione haec proferunt „post Sermones vero quosdam lectos“. Multo vero certius idem illud inde cognosci potest, quod p. 46,3 Re 297,36 Ro, ubi Nannius lacunam se invenisse commemorat, Cruquius eiusdem lacunae mentionem facit his verbis (Postfatio ad lectorem benevolum p. 647 ed. 1578): „non enim paucis in locis sic limosa sunt omnia, ut opera nulla possint exsiccari: Qualis ea est in Horatii vita in Blandiniis manuscriptis ad ea verba mansuraque perpetuo (p. 46,3 Re 297,36 Ro), primum quaerite regnum Dei, et haec omnia adicientur vobis, ad marginem pagellae scripta, quae certo significat reiectos graecos characteres“ Hic igitur res narratur apud Cruquium, quam omisit Nannius. Quod extremum fugit Hirschfelderum qui l. c. p. 4 haec dixit: „lacuna illa iam ab ipso Nannio indicata erat“, sed eius rei immemor fuit, quod Cruquius non modo lacunam indicavit, sed etiam narravit de verbis margini adscriptis, quales monachorum piorum adnotationes satis multae inveniuntur in codicibus manuscriptis.

Duentzerus autem (Z. f. G XI. 1857 p. 927—937) et Hirschfelderus Quaest. Hor. p. 6. codicem Nannii et Cruquii ideo fuisse eundem negant, quia diverso ordine in iis scripti fuerint singuli Horatii libri. Elucet enim ex Cruquii Sermonum praefatione ed. 1578 p. 308, in Blandinio antiquissimo Cruquii hunc fuisse ordinem: Carm., Ars poet. Epodi, Carmen saeculare, Sermones, Epistulae. Nannius autem in Miscellaneis Artem poeticam post Epodos habet.

At inde minime coniciendum esse, alio codice Nannium usum esse, ostendit vel ipse Düntzerus, cum Nannius in singulis Horatii libris enumerandis non codicem secutus sit, sed sui temporis aliquam editionem, ad cuius marginem sine

dubio notaverat ea, quae ei digna memoratu videbantur esse: velut in editionibus Ascensiana anni 1519 et in Basileensi anni 1527 apud Val. Curionem edita et in Fabricii Basileensi anni 1555 hunc invenimus ordinem: Carmina, Epodi, Carmen saeculare, Ars poetica, Sermones, Epistulae. Ceterum eundem librorum ordinem quem antiquissimus Blandinius praebent codices duo simillimi illi, qui sunt Codex Parisinus γ (apud Kellerum in editionibus et apud Hauthalium in scholiorum editione Berol. 1864 et 1866) et Codex Barcellonensis (b apud Hauthalium).

Quoniam igitur Morrillonem Mureti. Nannium, Cruquium ex uno et eodem codice Blandinio antiquissimo descripsisse vitam ostendimus, ea quoque afferemus quae protulit Duentzerus Z. f. G. XI. 1857 p. 934, Nannium haec dicere in praefatione sua ei parti Miscellaneorum, quae est de Horatio, praemissa: „In ea bibliotheca (sc. Blandinia Gandavensi) inveni vitas Horatii plurifariam conscriptas, sed indoctissime, inter quas tamen una eximia fuit.— Hanc cum suis mendis, nam multa inerant vitia, ut inveni eam exhibebo“; — unde minime elucere hanc vitam sumpsisse eum de suo Blandinio antiquissimo, cum ex alio illius bibliothecae codice, qui eandem exhibebat vitam, describere potuisset Nannius. Hic Duentzerus sine dubio lapsus est: Si enim ea vita in compluribus codicibus scripta fuisset, sine dubio Nannius scripsisset: „Inveni vitam plurifariam conscriptam,“ non „vitas plurifariam conscriptas“. Quo significat, se in eadem bibliotheca alias alius generis vitas invenisse, sed hanc unam ceteris praestitisse. Idem videmus in illo codice Blandiniorum illorum simillimo, Barcellonensi b, quem omnes tres vitas, quae feruntur in codicibus, continere docuit Hauthalius. „Ueber den Codex Heinianus oder Barcellonensis des Horaz und des Acron. Bonnae 1847.“*) Codex Paris γ habet unam tantum vitam sed eam notissimam, quae eadem a Cruquio secundo loco ex Antiquissimo perhibetur, ea quoque re similitudinem quae intercedit cum Blandinio antiquissimo ostendens. Praeterea nullam aliam vitam in codice extare summa humanitate nobiscum communicavit L. Delislius, vir

clarissimus atque doctissimus Bibliothecae publicae Parisiensi praefectus.

In Blandinio enim antiquissimo complures vitas fuisse cognoscimus ex iis, quae Cruquius adnotavit. Primum enim habet vitam Suetonii „e vetusto codice Bland. descriptam“ deinde „eiusdem Horatii vitam in eodem codice aliter descriptam,“ quae est notissima illa, quae sic incipit „Q. Horatius Flaccus libertino patre natus in Apulia, cum parente in Sabino etc. etc.“ Hunc autem „vetustum“ codicem antiquissimum esse, cognoscitur inde, quod postea Cruquius tertiam vitam cum expositione metrica coniunctam „ex tribus aliis codicibus Blandiniis“ affert, ut hic quoque sicut saepissime in Cruquii commentariis Antiquissimum a tribus reliquis Blandiniis diversum fuisse constet. Qua de causa Hirschfelderus quoque (Quaest. Hor. spec. pag. 7 et 8), qui Nannii codicem fuisse quidem inter Cruquianos dicit, sed non Antiquissimum habendum esse, erravisse nobis videtur.

Huc accedit aliud, quo cum aliis viris doctis tum Duentzero diversus esse videbatur Nannii codex a codice Blandinio antiquissimo Cruquiano. Nannius enim (Misc. III, 25: Grut. Lamp. I. p. 1271) „Vetus codex,“ inquit, „nihil nos in Sermonibus adiuvat: Nam praeter ipsa carmina Horatii nihil habet;“ — unde primo quidem aspectu manifestum videtur esse, exemplar illud non idem fuisse quod Cruquii Blandinium antiquissimum, cuius lectiones et Satirarum et Epistularum proferuntur permultae. Huic rei lucem attulit Muetzellius, qui in disquisitione quam antea laudavimus, ostendit, Nannium dicere voluisse, vetustum codicem in Sermonibus nulla habere scholia, sed ipsa tantummodo carmina,*) nulla expositione margini apposita, quam ob rem eum hoc loco conferre desiisset. Atque verisimillimum esse ostendit Muetzellius, codicem Blandinium in Sermonibus nihil exhibuisse nisi „minutissimis characteribus annotatiunculas (ed. 1578 p. 426a)“, cum nusquam in Sermonibus diceret Cruquius, se descripsisse „Commentatorem“ ex Blandinio antiquissimo. Nannius enim, cum Acronem edere in animo haberet, codicem illum contulit scholiorum Acronis investigandorum causa, et quamquam usque ad Sermones interdum textus quoque lectiones attulit, tamen plurimi eius intererat, Acronis scholiorum in illo codice recensionis exempla proferre. Eum minus verbis Horatii ipsius conferendis operam dedisse, colligi quoque potest ex Misc. III, 21 (Grut. Lamp. I p. 1270). Ibi enim versum Artis poëticae 114 Nannius his tribus affert formis:

Intererit multum, Davusne loquatur, herusne | Intererit multum, divusne loquatur, an heros | Intererit multum, divesne loquatur, an Hirus; — et pergit: „Cum tot diversitates lectionum in antiquis codicibus invenirem, non putavi, me omnino nugas agere, si illas oculis subiecissem“. At est primus versus coniectura Landini, tertius Erasmi, et secundus solus scriptus videtur in codicibus manuscriptis. Praeterea hic omnino non commemorat Nannius, quae scripta fuerint in Blandinio antiquissimo, neque dubitamus, quin hic omnino non inspexerit eum codicem, sed verba sua descripserit de editionis alicuius commentario. Si enim Blandinii codicis lectionem exscripsisset, sine dubio eam protulisset. Fortasse autem de tribus illius versus formis Aldi Manutii sequitur commentationem, qui (cf. ed. Bas. Fabr. 1555. p. 1325) ita disserit: „Intererit multum Davusne loquatur, an Heros] Miror non advertisse quosdam non dici posse, an Herus ut in multis etiam exemplaribus. Idque repugnante syllaba. Sunt qui legant divesne loquatur an Irus. sunt qui Divusne loquatur an Heros: sed melius legitur Davusne loquatur an Heros, sic etiam est in meo antiquo exemplari“.

*) Hoc eodem libro certiores quoque fimus de alia re, qua summa eius codicis cum Blandinio antiquissimo affinitas colligi potest. Cruquius enim in postfatione ad lectorem benevolum ed. 1578 p. 648 haec profert: „In vetustissimo Blandinio ad Oden primam lib. I. haec adscripta legi. Ecloga hic non est ut apud Virgilium: nam Virgilii Ecloga Bucolicorum est;“ — in codice Barcellonensi b vero teste Hauthalio (l. c. p. 4) simillime ad primi libri carmen primum scriptum videmus: „In horacio autem sciendum oden non eglogam dici. Egloga virgilii. bucolicorum est. Egloga quasi egaloga.“

*) Nannium usurpasse verbum „carminis“ pro „versus“ Duentzerus ipse ostendit ex Misc. IV. 20, ubi ille Mimnermi poetae distichon „duo carmina“ appellat.

Cur autem Nannius, ut ad rem unde digressi sumus redeamus, nulla de Epistulis protulerit ubi Blandinium Vetustissimum Acronem exhibuisse ex Cruquio constat, non liquet: fortasse autem, fratre liberato, Nannio in patriam redeunti tempus defuit universi codicis conferendi, praesertim cum in Miscellaneis nihil nisi exemplis edocere in animo haberet, quantopere ille codex praestaret libris usque eo notis. Quae postea disserit in Miscellaneis de Sermonibus et Epistulis, in quibus neque scholiorum neque textus lectiones attulit, Muetzellio et nobis scripta videntur esse alio tempore, cum, negotiis Gandavi perfunctus, domum rediisset.

Quodsi perlustramus oculis ipsorum carminum lectiones a Nannio ex illo codice antiquissimo prolatas, memores nos esse oportet neglegentiae illius et Cruquii et Nannii, de qua supra diximus. Atque his quidem de locis eadem habent et Cruquius et Nannius: Misc. III, 17. (Grut. Lamp. I p. 1268) Carm IV, 13, 38 „dilapsam“ habuit Cod. Bland. Nannii, idem apud Cruquium scriptum videmus in textu.

Misc. III, 17 (Grut. Lamp. I p. 1268) Carm IV. 14, 10 „Genaunos“ habet uterque.
Misc. III, 17. (Grut. Lamp. I. p. 1268) Carm IV, 14, 26: Nannii codex „praefluit“. Cruq. „praefluit] in tribus cod. Bland. quos secutus sum contra vulgarem lectionem.“ Misc. III. 20 (Grut. Lamp. I. p. 1269) Epod. 17, 11:“ perambulabis astra sydus aureum“, — ubi consentiunt Nan. et Cruq. At aliter res se habere videtur duobus locis, primum Carm IV. 14, 11 Nan. Misc. III, 18. (Grut. Lamp. I. p. 1268), ubi Nannius „Bremos“, Cruquius in omnibus quos vidisset codicibus „Breunos“ se legisse testatur; deinde Ars poet. 193, ubi Nannius „auctoris“, Cruquius in omnibus suis „actoris“ commemorat. Hic aut Nannius bis, sicut saepissime in vita, Horatii in errorem incidit, praesertim cum verba illa litteris minusculis vetustioribus scripta vix discerni possint, aut habemus Cruquii neglegentiam, quae quanta fuerit ex Divaei codice a nobis denuo collato postea elucebit.

Erravit autem Hirschfelderus (Quaest. Hor. spec. p, 7) sic disserens de Nannio: „Capite enim XXVIII de emendando versu disputat, qui est Sat I, 1,108 „illuc unde abii redeo, nemon ut avarus“ quem sic, ut scripsi, exemplaria quaedam habere dicit. quae lectio quum ei displiceat, ipse proponit: redeo, cur nemo ut avarus. credisne tu Nannium tot verba tantamque operam huic versui sanando et explicando adhibiturum fuisse, si in antiquissimo codice optimam veramque scripturam invenisset: redeo, qui nemo ut avarus“. Nannius enim hic exemplaria appelavit veteres quas habuit ante oculos editiones, cum in Sermonibus codicem omnino non iam contulerit.

Sed in carminum inscriptionibus non dissentire Cruquium et Nannium, quatenus hic mentionem illarum fecit, cognoscemus, si cogitabimus, neque Cruquium titulos dedisse secundum codicum auctoritatem accurate descriptos, neque Nannium omnia attulisse quae fuerunt in codice.
Nos enim, ratione codicum manu scriptorum habita, facere non possumus, quin persuasum habeamus, inscriptiones illas quae nobis antiquissimae videntur esse, non tam raro et tam breviter scriptas fuisse in codice Blandinio antiquissimo quam commemorantur a Nannio.

Ac Duentzerus quidem (Z. f. G. XI. 1857 p. 929) inde codices Nannii et Cruquii diversos fuisse colligit, quod non accurate congruant ea, quae de titulis illis proferat uterque. Cruquium autem carminum titulos non accurate secundum codicum manuscriptorum testimonia, sed de suo arbitrio in medium proferre his exemplis satis certo manifestum est. Dicit enim in suo commentario ad carmen primi libri quartum decimum: „In duobus cod. Bland. huius odes inscriptio est, Ad rempublicam: [sic est in codicibus A et B apud Kellerum] in tertio. ad navem M. Bruti reparantem civile bellum seu rem publicam. [Sic est in codice Parisino ϛ].“ Hic igitur quartus codex nullam habuit inscriptionem aut omnino mancus fuit; suo autem in textu haec habet Cruquius: „Ad rem publ. bellum civile reparantem.“

Quod idem colligi potest ex Epist. 1,10, ubi haec adnotat Cruquius: „In antiquis scriptis Bland. inscriptio est,

Ad Aristium Fuscum Grammaticum in urbe commorantem". At titulus epistulae praefixus est apud Cruquium „Ad Fuscum Aristium', — qualis inscriptio in nullo nostrorum invenitur codice manuscripto. Cruquius autem hos carminum titulos accurate in libro suo non expressit cum non ab Horatio eos profectos esse cognitum haberet. Quam ob rem saepissime aut suum ingenium aut alios codices sequitur, interdum autem singularum odarum titulos et ampliores et accuratiores habet quam Nannius, qui sine dubio nonnulla praetermisit. Quod autem Cruquius inscriptiones illas, quae sunt de dicendi genere et de metris, graece tradidit, ipsi debetur, non codicibus, id quod ex his colligi potest, quibus ad calcem totius operis compellavit lectorem: „His quoque subdidi Graecos illos Odarum titulos, seu mavis epitheta, et nescio an Eclogas non inepte nominaveris, quibus quasi notis singularibus in suas veluti classeis odae disponi videntur, sed voces ipsas Graecas ad originem suam revocare fuit ipso labore laboriosius: ita scripta characteribus et interpretationibus turbata offendi omnia, ut ne nunc quidem per omnia mihi sana sint et integra."

Quodsi ea quae protulit Nannius de carminum inscriptionibus (Misc. III, 4 p. 1264 = Carm I, 8; Misc. III, 5 p. 1264 = Carm I, 10; Misc. III, 6 p. 1265 = Carm. I, 12; Misc. III, 7 p. 1265 = Carm. I, 13; Misc. III, 8 p. 1265 = Carm I, 19; Misc. III, 11 p. 1266 = Carm. I, 35; Misc. III, 15 p. 1267 = Carm. III, 29.) cum iis, quae Cruquius habet, conferuntur, potest colligi codicem Blandinium antiquissimum, quamquam raro neque accurate nobis traditi sunt singuli odarum tituli, non dissimilem fuisse in carminum inscriptionibus aliis, quae nobis supersunt exemplaribus. Certe tituli illi nihil nos impediunt, quominus eundem fuisse et Nannii et Cruquii codicem arbitremur.

Restat, ut, id quod imprimis tractandum nobis proposuimus, ostendamus, in Commentatore, qui appellatur, Cruquiano certissima inveniri vestigia codicis eiusdem illius Blandinii antiquissimi, quem habuit Nannius.

Priusquam autem ad rem accedamus, breviter exponendum nobis est, quomodo Cruquius coacervaverit scholiorum illam congeriem.

Fecit autem ita, ut partim ex Acronis et Porphyrionis, quae tum erant, editionibus, partim ex codicibus, qui ei praesto erant, ea conquireret et colligeret, quae ei ingenua, antiqua dignaque videbantur esse, quae notarentur. Arbitratus, Acronem et Porphyrionem ex eodem derivatos esse fonte, eos duos auctores modo compilavit, modo auxit, cum et de suo permulta adderet et mutaret, et codices suos adhiberet, unde sumeret ea, quae digna memoratu sibi viderentur esse.

Quo fit, ut apud Cruquium interdum partem eius adnotationis inveniamus, quae integrior scripta est apud Nannium, vel ut apud Cruquium saepe vulgata lectio inveniatur, ubi ex Nannio scimus alia et meliora habuisse codicem Blandinium antiquissimum.

Praeterea autem nonnumquam accidit, ut Cruquius accuratius exhiberet scholium quod apud Nannium neglegentius traditum esse verisimile est. Nannius sicut in Vita et in textu carminum toties lapsus est, ita in scholiis edendis saepius non satis diligens et accuratus fuit.

Sed cum quotienscumque Cruquius consentit cum Nannio dici possit, eum ex Miscellaneis ea descripsisse (Hirschfeld. Z. f. G. 1864. vol. 18 p. 577) primum tres loci nobis tractandi sunt, qui luce clarius id fieri non potuisse demonstrent:

1) Nannius enim in Misc. III, 14 (Grut Lamp. I. p. 1267) ad Carm. III, 6, 13 et 14 haec commemorat: Acronem vulgatum habere: „Occupatis enim civili bello Romanis, data est occasio hostibus commovendi bella". Vetus autem exemplar habere „moliendi bella". Cruquius autem profert: „Occupatam] occupatis enim civili bello Romanis, data est occasio hostibus commoliendi bella". Quod ipsum scriptum videmus in codice Barcellonensi b, cum reliqui codices habeant „commovendi bella". Hic Nannius aut erravit in legendo aut ipse quoque legit „commoliendi", et dicere vult, se pro syllabis „movendi" invenisse „moliendi".*)

2) Multo etiam certius idem perspicitur Carm. IV, 5,31. Nann. Misc. III, 16 (Grut. Lamp. I. 1268): Acronem vulgatum exhibere: „Hinc ad vina redit laetus a labore ad convivia“ Tum pergit: „Heic pulcherrima sententia deest in impressis codicibus: „Antiquorum consuetudo fuit, ut sublata prima mensa, poneretur secunda atque in ea positis pomis, infusoque vino libaretur diis.“ Cruquius legit: „hinc ad vina venit] ex agricultura a labore ad convivia. et alteris] nam antiquorum consuetudo talis fuit, ut sublata prima mensa poneretur secunda, atque in ea positis pomis, infusoque in pateras mero libaretur diis.“ Quae lectio in veteribus Acronis editionibus nusquam invenitur neque nunc legitur nisi in codice Parisino γ, qui cum codice Barcellonensi b in scholiis omnium manuscriptorum Blandinio Antiquissimo est simillimus. Hoc igitur in codice γ haec sunt: „hinc ad vina redit] Id est, ex agricultura, a labore ad convivia.“ Tum

*) Codices Hauthalii (Edd. Acr. et Porph. Berol. 1864 et 66.)

A	— Paris. 7900 A saec IX.	Codices melioris notae.
γ	— Paris. 7975 saec XI.	
b	— Barcellonensis saec XI.	
B	— Paris. saec. X.	
?	— Paris. 7973 saec. X.	
R	— Paris. 7988 saec. XV.	Codices recentiores et peiores.
N	— Norfolcensis saec. XV.	
1	— Bernensis 223 saec. XV.	
2	— Bernensis 516 saec. XV.	
G	— Gnelpherbytanus.	

Editiones ab Hauthalio collatae.

r — Romana ante 1474 (Barthol. Guldinbeck.)
m — Mediol. 1474 (Ant. Zaroth.)
v — Venet. (Patavii 1481.)
c — Bas. 1527. 8. apud Val. Curionem.
a — Ascensiana 1529
f — Georg. Fabricii Basil. 1555 ap Henric. Petri.
h — Nic. Hoenigeri Bas. 1580 per Sebast. Henriepetri.

Nobis hae praesto fuerunt editiones: Ed. Ascensiana a. 1519 Fabriciana a. 1555, Basiliensis (Val. Cur.) 1527, Cruquianae annorum 1578 et 1611.

pergit: „Antiquorum consuetudo talis fuit, ut sublata prima mensa poneretur secunda, atque in ea positus (l. positis) pomis infusoque vino laboraretur (l. libaretur) diis.“ Quae si inter se comparantur, facile intellegitur, Nannium duobus locis neglegentem fuisse, cum primum in prima scholii parte „ex agricultura“, quod habent et cod. Par. γ et Cruquius, deinde „talis“ vocabulum omitteret, quod est et apud Cruquium et in codice γ.

3) Huc accedit, quod Epod. 3,3 Nannius Misc. III, 19 (Grut Lamp. I, p. 1269) affert, vulgatam Acronis lectionem hanc esse: „Edat autem dicendum potius quam edit, quoniam declinatur: Edo. es, est, deinde modo optativo, utinam edam, edas, edat.“ At vetus exemplar: „Edit potius dicendum quam edat Antiqui enim dicebnut, utinam edim, edis, edit, edimus, editis, edint.“

Cruquius: „Sic loquebantur antiqui, utinam edim, edis, edit, edimus, editis, edint.“ Huc iterum accedit Cod. Par. γ: „edit cicutis] pro edat futurum tempus optativi. Sic dicebant antiqui: utinam edim, edis, edit, edimus, editis, edint.“ Etiamsi Cruquius gravissimam tantummodo scholii partem traditit et praeterea „dicebant“ mutavit in „loquebantur“, quemadmodum saepe mutavit scholia sua, tamen illud „sic“quo Cruquius consentit cum solo codice γ ostendit, illum non pendere ex Nannio, sed in hac re accuratius quam Nannium exscripsisse codicem Blandinium antiquissimum.

Codices Parisinus γ et Barcellonensis b, ad quos accedit codex Ambrosianus vetus, qui ipse quoque Blandinio antiquissimo similis, sed ex parte tantum ab Hauthalio collatus est, propter summam Antiquissimi affinitatem nobis praebent potestatem alias quoque lectiones Blandinias eruendi et simul Nannii et Cruquii codicis consensum demonstrandi.

Nannius enim in Misc. III, 18 (Grut. Lamp. I p. 1269) haec adnotat: „Jam in epode secunda nihil habet scriptus codex cum impressis commune. Adderem heic quoque, nisi et longum esset et integram Acronis edi-

tionem pararemus.“

At vero ea quoque, quae Cruquius de epodo secunda exhibet, satis diversa sunt a vulgata scholiorum recensione. Sed quoniam Cruquium permulta de suo arbitrio mutavisse constat, dubitari sane posset de codicis scriptura nisi Vetere Ambrosiano et codice Paris. γ ducibus facultas data esset, si non omnia at certe nonnulla aliqua cum probabilitate dignoscendi. Dolendum est, codicem b hic nulla exhibere scholia memorabilia. In his enim satis multa inveniuntur, quas cum minime congruant cum vulgari codicum recensione maxima ex parte codicis Blandinii antiquissimi lectiones esse satis probabile est: Sunt autem maxime haec:

1) Inscriptio epodi secundae: Cruquius: Laudatio vitae rusticae exornatae summa rerum tranquillitate“ Cod. γ et Vet. Ambr. et cod. Bern. H: „Laudatio vitae rusticae exornatae summa tranquillitate rerum.“

2) [v. 16 Cruquius: mellamessio dicitur mellis collectio quia aestate mella conduntur.“ Hoc scriptum fuisse in codice Blandinio Cruquius ipse in suis commentariis auctor est.]

3) v. 16 Cruquius: infirmas] proprium epitheton ovium quae neque sui curam gerere, neque saluti suae providere sciunt: praecipue cum onustae sunt velleribus suis et gravatae: nisi maluerimus naturaliter dicere infirmas, id est delicatas, quia natura oves sunt infirmae, et morbis obnoxiae.“ Hic Cruquius interpolavit et auxit ea, quae integra servata sunt in codicibus Par. γ et Vet. Ambr. „onustas velleribus, quia tunc gravatae infirmae fiunt.“ γ solus addit: „aut quia infirmiores dicuntur oves fieri cum atonsae fuerint aut naturaliter delicatas, quod est melius.“

4) In eodem cod. γ reperiuntur vestigia scholii, quod, cum apud Cruquium sit, fortasse fuit in Antiquissimo: v. 21: „muneretur] munero et muneror recte dicitur in activa significatione id est dono.“ Cod. γ „ munero et muneror recte dicitur in activa significatione.“ [Porphyrio vulgatus:

Et munero et muneror. in activa significatione recte dicitur.

5) Cruquius v. 33: „levi] laevigato: nam asperitas lignorum tollenda est, quando usui aptantur.“ Codex γ neque ullus praeterea: „ideo levi quia asperitas lignorum tollitur quando ad usum aptantur.“ Praeterea glossa eiusdem codicis γ: levi] raso, laevigato.“

6) Cruquius v. 34 „turdis edacibus] in vorandis olivis.“ γ solus: „edacibus] edacibus cibum aut quos edimus aut quia fructum olivae edendo consumunt.“

7) v. 43 Cruquius: sacrum] Vestae consecratum. Juxta focum dii Penates positi fuere laresque inscripti; idcirco quod ara deorum Larium focus sit habitus.“ Haec iterum uno cum codice γ consentiunt: „focum] sacrum deo, quod ara deorum penatium focus sit. sacrum focum] quia iuxta focum di penates sunt positi. Ut lares inscripti.“ Ea quae Cruquius aliter habet, ab ipso sunt variata et interpolata.

8) Cruquius v. 43: „ vetustis] desiccatis, non recentibus, repositis.“ Acron vulgatus: „Vet.] siccis.“ Vet. Ambr. et γ: „Vet.] repositis, siccis.“

9) Cruquius v. 44 scholium, cuius maxima pars ab Acrone vulgato repetita esse videtur, sic incipit: „textis cratibus] caulis septis.“ γ et vet. Ambr: „textis cr.] caulis saeptis“. — quod nusquam alias invenitur.

10) Cruq. v. 48: „dapes inemptas apparet] id est, non emptas et q. s.“ Vet. Ambr. et γ soli habent: inemptas] non emptas, viles.“

11) Cruq. v. 52 „Non Afra avis] gallina Numidica, quae magna est et pinguissima. quam et Garamantinam vocant et Africanam.“ Cod. γ. solus: Non Afra] Strucio. alii dicunt gallinam numidicam (Strutio aut gallina numidica. Vet. Ambr.) quam quidam gara mantinam (garamantinam Vet Ambr.) vocant sive pelix (perdix. Vet. Ambr.).“ Qua cum ulima voce „perdicis“ conferas, quaeso, sequens Cruquii scholion, quod sic incipit: „Attagen Ionicus] hanc autem vocant perdicem Asiaticam. —.“ quae leguntur in nullo codice nobis cognito.

12) Vers. 59. Cruquius: „Terminalibus] in festis Termini dei: qui dies festi celebrantur pro finibus agrorum.“ Cod. γ solus: „Terminalia dicuntur dies festi, qui celebrantur pro finibus agrorum.“

13) Vers. 64.Cruquius scholion. quod reliquis cum Acrone vulgato facit, sic incipit: „Collo trahenteis languido] lasso.“ Vet. Ambr. et Cod. γ soli. „languido] lasso.“

14) Vers. 64 notavit Cruquius permulta, sine dubio ab ipso ex Porphyrione aucta, quae sic incipiunt: „haec ubi locutus foenerator Alphius] Urbanissime sub persona Alphii foeneratoris, vult Horatius omnes scire quid iucunditatis habeat vita rustica. . . et q. s.“; — ubi Cod. γ. etiamsi facit reliquis cum Porphyrione, tamen cum Cruquio concors pro reliquorum codicum lectione „neminem nescire“ habet „omnes scire.“

Quae omnia qui perlustraverit vix dubitare poterit, quin hae genuinae sint lectiones Blandiniae, cum codex quem iam antea cum Blandinio convenire ostendimus, hic sicut ille Blandinius Nannii permulta habeat, quibus carent reliqui libri manuscripti.

Huc accedit quod in Cruquii de epodo secunda Commentatore et saepius leguntur adnotationes quales numquam iterum occurrunt in codicibus (velut ad versus 5. 6. 11. 16. 18 21. 22. 31. 33. 35. 37. 38. 41. 44. 49. 50. 51. 52. 57. 61. 67. 68 69.) et praeterea multa aucta, mutata, amplificata sunt, quorum quid ipsius Cruquii arbitrio et licentiae, quid codici illi antiquissimo debeatur, ambiguum est.

Quoniam igitur Cruquii et Nannii codicis consensum nobis ostendisse videmur et facile apparuit, Cruquium notas suas ex Nannii Miscellaneis describere non potuisse, cum interdum plura et meliora praebeat in scholiis suis quam ipse Nannius, et praeterea in epodo secunda, ubi Nannius nihil commemorat nisi summam codicis sui varietatem et praestantiam, id ipsum cognosci potuerit ex Cruquii scholiis, reliquum est, ut cetera, quibus illi consentiunt, afferamus.

1) Carm I,2,2 Nannius Misc. III, 3 (Grut Lamp. I. p. 1263) ex vetustissimo codice suo, „Rubente dextra] omnes manubiae albae et nigrae Palladis esse dicuntur, Jovis rubrae et sanguineae“. Cruquius: „dextera] omnes manubiae albae et nigrae Palladis esse dicuntur: Jovis rubeae et sanguineae“. Illud „rubeae“ induxit Cruquius ex veteribus editionibus collatis. Codicum nostrorum verba prorsus diversa et confusa sunt. Hirschfelderus in recensione editionis Acronis et Porphyrionis ab Hauthalio factae (Z. f. G. XVIII. 1864 p. 577) ea verba descripta esse a Cruquio ex Nannii libro putavit, id quod argumentis antea propositis a nobis refutatum esse arbitramur.

2) Carm. I, 8, 1, habuit Nannii codex (Misc. III, 4, Grut. Lamp I. p. 1264) ... „quod zelotypoteron in rivalem dicit“. Cruquius aut per coniecturam aut neglegenter: „quod ζηλοτυπότερος in rivalem dicit“. Codices et editiones habent: hysteron proteron R. G. m v. a. hysteron proton r. zelotipoteron Aγ zelonipoteton 2.

3) Carm. I, 12,23 Nannius Misc. III, 6 (Grut Lamp. I. p. 1265) in Antiquissimo suo invenit: „Propter Niobem quae cum filiis interempta est, nam Apollini et Dianae certae et inevitabiles ad feriendum sagittae“. Cruquius: „Propter Niobeu quae cum filiis perempta est. Apollini autem et Dianae certae et inevitabiles ad feriendum sagittae sunt“.

Codices reliqui: „Metuende certa Phoebe sagitta] Apollinem [dicit om. Aγ.] sagitta metuendum (propter Amphionem, qui cum filiis peremptus est), nam sagittae Apollinis et Diana certae et inevitabiles [sunt γ] ad feriendum“ R. 1: sunt sagittae (item m. v. a. f. h.); „sagittae“ om Aγr. Sine dubio codex Blandinius antiquissimus veram et genuinam retinuerat lectionem, quam et Nannius et Cruquius memoriae tradiderunt, sed ne hic quidem ambo prorsus inter se consentiunt propter licentiam.

4) Carm. I, 27,16 et 17 Nannius: Vetus: „Ingenuo

id est nobili; laudandoque electionem cogit illum fateri quam diligit". Cruquius: „ingenuo] nobili, non pudendo, non erubescendo, sed laudando. non autem Venus omnis quae domat hominem erubescenda est; saepius enim in amore non peccatur. age] cogit eum fateri quam diligat". Ed. Bas. 1527 (c): Ingenuo semperque] Impudendo, non erubescendo, laudando, electione vel iudicio. quicquid habes age] cogit illum fateri quam diligat. Editio Fabric. Bas. 1555 p. 48: „Ingenuoque semper amore peccas] non pudendo, non erubescendo, laudando electione vel iudicio. Non omnis Venus, quaecunque domat hominem erubescenda est: saepius enim in amore non peccatur. Quicquid habes age] cogit illum fateri, quam diligat".

Cruquius sine dubio miscuit ea, quae invenit in Blandinio antiquissimo, [id quod apparet ex verbo „nobili" nullo alio codice aut editione conservato] cum iis, quae invenit in editionibus. Editionem Fabricii ad hunc locum adhibitam esse vel inde colligi potest, quod in nullo codice neque ulla praeterea in editione praeter Fabricii anni 1555 et Hoenigeri anno 1580 ex ea expressa illud „non peccatur" invenitur; vox enim „non" ab omnibus codicibus hoc scholio non continentibus omittitur.

5) Carm. I,35,1 Nannii [Mis. III. 11, p. 1266] Vetus: „Apud Antium Fortunae templum est. multis donis ornatum, unde civitas ipsius tutelae addicta subsistit". Cruquius sine dubio lectionem codicis, quae manca et lacunosa videtur esse, partim supplevit et emendavit, partim ipse mutavit: „Apud Antium Fortunae templum erat maxime celebre. multorum etiam principum virorum donis exornatum, unde etiam civitas Fortunae ipsius tutelae addicta substitit". Codices: Apud Antium est Fortunae templum famosissimum multorum principum donis ornatum, unde etiam civitas Fortunae ipsius tutela dicta est". Quibus inter se comparatis, verisimile est, Cruquium illa: „erat, maxime celebre, virorum,

exornatum" mutavisse, at hausisse cum Nannio ex Blandinio codice primum illa verba sic collocata: „Fortunae templum erat" (Nostri: est Fortunae templum), deinde „ipsius tutelae addicta" (ipsius Fortunae tutela dicta), tum verbum „subsistendi" (scripsit „substitit," non „subsistit" sicut Nannius, quia totam sententiam in praeteritum tempus convertit.) Huc accedit, quod „etiam" vocabulum ex codice addidit, quod Nannius sicut complura alia omisit, habet Acronis recensio vulgata. Quam ob rem vera et genuina scholii forma ex Blandinio sic restituenda esse videtur: „Apud Antium Fortunae templum est famosissimum, multorum etiam principum donis ornatum; unde etiam civitas ipsius tutelae addicta subsistit".

6) Nannius Misc. III. 12 (Grut. Lamp. I. p. 1266) Carm. III, 3, 37: „Romae regnent potius Romanorum nepotes quam ut Ilio servetur imperium". Cruquius in expositione prorsus aucta, mutata, interpolata: „... tolerabilius se ferre confirmat, ut longo maris spatio interiecto Romae regnent potius Romanorum nepotes, quam ut Ilion (Iliō in textu Cruquii, unde elucet Nannii error) fruatur imperio. Hic locus, quamvis mutatus, tamen ostendit primum Cruquium usurpavisse codicem Blandinium, cum nullus praeterea codex habeat „Romanorum" deinde autem Cruquium recte emendasse Nannii errorem: „quam ut Ilio (pro Iliō Ilion) servetur imperium (fruatur imperio)". Scriptum igitur erat in antiquo codice Iliō, littera suprascripta evanescente, qua re in errorem adductus Nannius aut de coniectura mutavit aut verba item oblitterata sic interpretatus est. Nostrorum codicum et omnium editionum recensio haec est: Romae regnent potius Troianorum nepotes quam ut Ilion fruatur imperio".

7) Carm. III, 3,55 Nannius ibidem: „Cecaumenen dixit inhabitabilem" Cruquius sicut solet Graecis litteris: κεκαυμένην dixit inhabitabilem" Nostri: „Κεκαυμένην (Cod: cecaumenen A cecaumen G. cecaumenon R. ceu-

camen γ. cacumen rmv. ceraumenen a. κεραυνομένην f. h.) inhabitabilem.“ Cruquius sine dubio sui temporis vulgatam κεραυνομένην ex suo codice emendavit et praeterea identidem cum Nannio posuit „dixit“, quod deest in Nostris.

8) Praeterea Carm, III, 6,21 Nannius Misc. III, 14 (Grut. Lamp. I. p. 1267) profitetur, vulgatam Acronis esse: „Impermissa] interlassata gaudia voluptates.“ Veterem autem Blandinium proferre: Impermissa] inconcessa etc.“ Cruquius, qui recte hic duo scholia conglutinata divisit: „Impermissa] non concessa lege matrimonii. gaudia] voluptates stupri.“ Quam lectionem „inconcessa“ Nannius per errorem posuit, cum sine dubio scriptum esset nconcessa, quod recte interpretatus est Cruquius: non concessa. Quamquam autem „non concessa“ scriptum videtur in Hauthalii codicibus A et γ, tamen illo tempore omnium editionum vulgata lectio erat: „Impermissa] interlassata“, quam ob rem non dubitamus, quin illud apud Nannium et Cruquium receptum sit ex codice Blandinio antiquissimo. Quod vero Cruquius pergit; „non concessa lege matrimonii“ hoc aut, a Nannio neglegenter omissum, melius invenit, aut de suo expressit arbitrio nostrorum codicum lectionem „n. c. lege coniunctionis.“

9) Carm. III, 29,7 Nannius Misc. III, 15 (Grut Lamp. I. p. 1267): „Andromedae pater Cepheus, Aethiopum rex, qui inter sydera collocatus dicitur proximus Orioni.“ Cruquius, quamquam iterum de suo arbitrio mutavit: „Andromodae pater, Cepheus, Aethiopum rex inter sidera collocatus proximus Cynosurae“, — tamen hac re facit cum Nannio, quod semel habet Cephei vocabulum. Codices enim omnes, excepto uno codice Bernensi 1 recentissimo saeculi XV, duplici nomine scribunt: Zephus eth. rex ceteus (cetheus γ) A γ. rex cepheus qui R. Telephus Aeth. rex cetheus G. Cepheus Aet rex Zetheus c a f h Caepheus aet. rex Leteus v.

10) Jam vero in carm. IV, 13,21 nullus codex nobis servavit ea, quae Nannius et Cruquius habent, nisi quod hic iterum satis multa addita sunt ab hoc, in quibus fortasse nonnulla sunt a Nannio neglegenter omissa, a Cruquio ex Blandinio restituta. Nannius Misc. III, 17 (Grut. Lamp. I. p. 1268:) „Artium gratarum facies dicitur illa, quae motu oculorum, superciliorum, cervicis placet.“

Cruquius: „Artium gratarum facies illa dicitur, quae oculis, nutu superciliorum, cervicis volubilitate, capitis gratia, totius denique corporis motu placet.“

11) Optime vero cognosci potest, qua ratione Cruquius Commentatorem suum composuerit hoc loco, quo ex Acrone vulgato, ex Porphyrione, tum sua ipsius licentia mira procreavit: Nannius Misc. III, 18 (Grut Lamp. I. p. 1268) haec adnotat ex Blandinio antiquissimo descripta: „Tauriformis] tauri formam habens, ideo autem flumina cum cornibus pinguntur, quoniam mugitum habent veluti boves, ideoque eorum cornua harundinibus coronata perhibentur, quoniam eorum ripae harundinibus praefiguntur.“ Acron vulgatus: „Omnium fluminum famosorum vultus cum cornibus finguntur propter impetus et mugitus aquarum, ideo tauriformis (Aen. VIII, 77): Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. Porphyrion: „Omnium fluminum genii cum taurino vultu et iam cum cornibus pinguntur propter impetus et fremitus ipsarum aquarum.“ Quamquam Cruquius haec omnia conglutinavit et nonnulla addidit, nihilominus codicis Blandinii antiquissimi vestigia perspiciuntur: „Sic tauriformis] una est pars orationis composita. Nobiles autem fluvii cornigeri pinguntur, quod ex impetu aquarum in angustiis decurrentium obscurus quidam sonitus, quasi boum mugitus exaudiatur, ut, Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum. Hinc etiam tempora illorum perhibentur coronata arundinibus, quoniam ripae fluminum illorum silva decorantur: quae etiam ventis agitata obscure sonat. ut Poeta (NB. est Verg. Georg III, 15:) et tenera prae-

fluit arundine ripas, vel alio modo: quod diverso aquarum fluxu quasi cornibus terram proscindant.“ Haec videtur relicta esse pars scholii, quod erat in Blandinio antiquissimo neque totum adscriptum est a Nannio, nisi potius mera est Cruquii interpolatio.

12) Carm, IV, 4,34 Nannius ibidem: „Haec verba in omnibus exemplaribus“ (nimirum in omnibus eius aetatis editionibus) „desunt: Quia post quindecim annos, quam Augustus Alexandriam, iste vicit Vindelicos.“ Porphyrion: „Ita evenit, ut post annos quindecim Drusus eodem die Rhaetos Vindelicos vinceret, quo die Augustus Alexandriam vicerat.“ Acronis codices haec habent: „Felicitati adsignat Augusti Drusi victoriam demonstrando ante annos XV. eodem die ab Augusto Alexandriam captam, quo Drusus Vindelicos superavit. Pompei enim mortem Actiaco bello ultus Augustus est.“ Cruquius iterum haec ex Acrone et Porphyrione vulgatis et ex Blandinia recensione et ipsius additamentis commixta obtulit legentibus: „Aetiologia ab eventu quodam fatali: quod post annos quindecim quam ceperat Augustus Alexandriam, eodem die Tiberius vicit Vindelicos (hucusque nonnulla vestigia Blandinii antiquissimi facile dignoscas:) qui locus victoriae Tiberii totus Augusto videtur acceptus, ab ipsius potentia, prudentia, felicitate in rebus gerendis, et favore numinis, quo factum esse videtur, ut Actiaco bello impia Pompeii caedes ulta sit, et Vindelici in eius potestatem redacti.“

13) Reliquum est Epod 17,5 ubi adnotat Nannius (Misc. III. 20; Grut Lamp. I p. 1269:) „Antiquus: prudens anus et adiunctum in margine: id est docta.“ Solus Cruquius: „prudens anus] gnara, docta.“ Illud vero gnara, de qua voce tacet Nannius, merum est Cruquii additamentum.

Haec sunt ea, quibus ex eodem fonte et Nannium et Cruquium sua hausisse certe eluceat. Quodsi nonnulla inveniuntur apud Nannium, quae prorsus aliter

legantur apud Cruquium, non dubitamus, quin hoc inde explanari possit, quod Cruquius aut suum arbitrium aut reliquos codices aut veteres editiones secutus est. Cum enim aliis quoque codicibus usum esse ad Commentatorem componendum (praeter quartum carminum librum, quo in edendo solis usus est Blandiniis codicibus,) ipse dicit in praefatione editionis a. 1578.

Sed iam contemplemur locos illos, quibus Nannius et Cruquius aut dissentiant aut quibus eundem codicem eos habuisse certis argumentis confirmari nequeat:

14) Carm. I. 10. 9. Nann. III. 5 (Grut. Lamp. I, p. 1265): „Vetus codex: ... volenti telum proferre epharetra praestigiatura ademisti“. Cruquius sequitur editiones, fortasse Bas. 1555.

15) Carm. I. 13 15 et 16 Nannius Misc. III, 7 (Grut. Lamp I, p. 1265) profert ex Blandinio antiquissimo Porphyrionis scholion, quod Acronis esse putabat: „Quinta parte sui nectaris imbuit] eleganter, quia in quinque partes, amoris fructus esse partitus dicitur, Visu, alloquio, tactu, osculo, concubitu.“ Cruquius sequitur editiones Acronis.

16) Carm. I. 19 Nannius Misc. III, 8 (Grut. Lamp. I. p. 1265) editionem Basil 1527 sequitur, quae pag. 363 in Acrone hoc habet Porphyrionis scholion: „Dicit autem se amore Veneris et deliciis occupatum, scribere bella non posse“. Quam ob rem novi aliquid invenisse se putavit Nannius, cum proferret scholion Blandinii antiquissimi, quod idem invenitur in editionibus posterioribus velut Fabricana et in codicibus. Cruquius ea, nimirum suo more variata, profert, quae habent editiones et codices nostri: et verisimillimum est, eum sua descripsisse ex editione aliqua vetere.

17) Jam vero in carm. I. 20 ostendi potest, Cruquium Blandinium antiquissimum non omnino inspexisse. Nannius enim Misc. III. 9 (Grut Lamp. I p. 1265) testis est, post vulgatam Acronis lectionem :|„Chare Mecoenas eques potabis vile Sabinum modicis cantharis, quod

ego ipse levi conditum Graeca testa, cum datus est tibi plausus in theatro, ut ripae fluminis paterni, simul et iocosa imago Vaticani montis redderet tibi laudes] hoc scriptum fuisse in Blandinio antiquissimo: „Tantus enim fuit plausus, ut ripa fluminis, monsque Vaticanus per Echo resonarent". At codex b, quem similem esse Blandiniis iam supra vidimus et postea multis ostendemus, hic idem habet: „Tantus fuit ille plausus ut ripae fluminis et mons Vaticanus per echo resonarent". Cod. Par. γ, qui idem Blandiniis similis hic deficit, idem sine dubio habuit.

Cruquius autem codice non inspecto, nihil habet nisi primam vulgatam scholii partem ex editione descriptam.

18) Carm. III, 4, 76 Nann. Misc. III, 13 (Grut Lamp. I. 1266): „Vetus codex: Aetna mons est Siciliae Encelado superpositus quem ad poenae perpetuitatem non perardere commemorat".

Cruquius habet: „Aetnam montem Siciliae Encelado superpositum, quem ad poenae perpetuitatem semper ardere significat". Quae ex ed Bas. 1527 aut Asc. 1519 descripsit.

19) Carm. III, 6, 9. Nann. Misc. III, 14 (Grut. Lamp. I, 1267) „Vetus: Quia ante Crassum, post Decium Saxam" Cruquius cum solis editionibus Ascensiana 1519 et Basileensi 1527 „Didium Saxam".

20) In eodem carmine vers. 17 Vetus codex Nannii sicut boni codices nostri habuit: „Genus, id est, bonum paris sanguinis, alieni coitus admixtione pollutum." Cruquius totum scholion omisit.

21) Ad eiusdem carminis versum 22 Nannii codex: „Significat per hoc institui molliores saltatus". Cruquius ed. Bas. 1527 sequitur.

22) In eodem carmine, versu 33 Nannii codex: „Tanquam legitimis conceptae nuptiis fuerint." Quod, „conceptae" in nullo est codice. Cruquius lectionem vulgatam omnium editionum habet.

23) Vers. 46. Nanni codex: Nequitiam parentum dicit augeri per posteros." Hoc idem, „per posteros" habent codd. A γ 2 et edd. f h. Cruquius ceterarum editionum lectionem „in posteros" suo licenti more mutavit in „in posteris", quod in nullo codice aut editione scriptum cernitur.

24) Vers. 47 Nannius .,Mox daturos] nos scilicet, adlaturos vitiosiores filios"; — Cruquius nihil fecit nisi editionum lectionem coartavit.

25) Nann. Misc. III, 21 (Grut. Lamp. I p. 1269). Ad Artis poeticae versum 104 haec annotata erant in Nannii codice: „Peleus pater Achillis, ipse filius Aeaci duos habuit fratres, Telamonem ex eodem patre et matre, Phocum ex patre tantum, sed natum Dea marina Salmace nomine, quem ipse interfecit, inde furiis exagitatus exsilio damnatus est. Tandem receptus hospitio, a Ceice filio Solis a caede expiatur." Haec vera et genuina scholii forma scripta erat in codice Blandinio antiquissimo, quae plane imminuta et coartatu nunc talis est in codicibus nobis superstitibus: „Peleus dicitur occidisse matrem, aut Phocum fratrem; ob hanc causam exsul factus est a civibus suis." Cruquius duo scholia in editionibus, velut Bas. 1527, verbo „aliter" inter se coniuncta in unum contraxit.

26) Artis poeticae versui 123 in Blandinio antiquissimo haec adscripta fuisse testis est Nannius Misc III, 21 (Grut. Lamp I p. 1270): .,Ino uxor Athamantis, et ex eo mater duorum filiorum, Learchi et Melicertae. Athamas de venatione rediens, in furorum versus cum vidisset uxorem cum duobus liberis, putans se leaenam cum duobus catulis videre, irruit in eam, et unum de pueris rapiens discerpsit. Illa autem cum altero fugiens, se in mare praecipitavit." Cruquius hic praeter editionem Basileensem a. 1527 fortasse alium codicem adhibuit; habet enim: .,Ino] Ino uxor Athamantis (edd. et codd. praeter γ addunt „dementis"), quae furorem-mariti fugiens praecipitavit se (codd et edd.: se prae-

cipitavit) in mare cum filio et dicta est Leucothea, et filius eius Palemon, qui Melicertes antea (sic Cruq. sola cum ed. Bas. 1527 contra reliquos codd. et edd. ubi est „ante") dicebatur, qui etiam Inous a matre dictus est." Haec extrema verba (qui-dictus est) in nullo inveniuntur codice aut editione et fortasse sumpta sunt ex alio codice Blandinio, nisi forte hic quoque Cruquius suum secutus est arbitrium. Codices enim manuscripti nostri habent: „Ino uxor Athamantis dementis |dem. om. γ| fuit, quae furorem mariti fugiens se praecipitavit in mare cum filio, et ipsa |om. ipsa ed Bas. 1527 et γ| dicta est Leucothea, et filius eius Palaemon, qui ante |Cruq. et Ed. Bas. 1527 antea| Melicertes dicebatur.

His omnibus collatis, fieri non posse arbitramur, quin codex Nannii et Cruquii unus habendus sit, cum primum saepius soli inter se consentiant, deinde alter alterum correxerit, id quod codicum nonnullorum novissimis demum temporibus collatorum neque antea cognitorum opera ostendi potest.

Quod autem Nannius et Cruquius interdum prorsus dissentiunt, inde factum est, quod Cruquius et alios codices et suae aetatis editiones adhibuit neque ex universo qui ei praesto erat apparatu omnia diligenter enotavit, sed ea tantummodo elegit, quae ipsi apta esse videbantur.

Adducti vero sumus ad hanc disputationem, quod Paulyus, Duentzerus aliique argumentis, quae primo aspectu satis probabilia videbantur esse, contenderunt, Nannium et Cruquium diversis usos esse codicibus, et imprimis, quod Kellerus eius codicis auctoritatem imminuere et labefactare studuit (Epileg. III p. 809 ff.).

QVAESTIONVM BLANDINIANARVM

CAPVT ALTERVM:

DE COMMENTATORE CRVQVIANO.

Quoniam priore disputatione cognovimus, codicem Blandinium antiquissimum complura continuisse scholia, quae in iis, qui nobis supersunt codicibus, aut omissa aut aliter scripta sunt, operae pretium videtur esse exponere, quanti aestimandus sit Cruquii ille Commentator, ad quem componendum cum alios tum maxime codices quatuor Blandinios clarissimos adhibitos fuisse constat.

Sed ut intellegatur, qua ratione ille vir in componendo eo commentario usus sit, exempli causa in quarti libri Horatii carmine primo conferamus ea quae tradidit Cruquius, cum iis quae sunt in Acrone et Porphyrione vulgatis:

IV, 1. Inscriptio carminis haec est apud Cruquium: „Ad Paullum Fabium Maximum, allegoricos affirmat a se ex intermisso scribi carmina Ode I ἐρωτικὴ ἐρωτικῇ". Similia leguntur in codice Parisino γ: „Ad Fabium Maximum Allegoricos a se affirmat ex intermisso scribi carmina. Ad Venerem Eutice erotice dicolos". Reliqui codices aut nihil habent nisi „Ad Fabium Maximum" aut alteram tituli partem omissis verbis „Ad Fabium Maximum".

Quae praeterea diversa sunt apud Cruquium, debentur eius licentiae, sicut vox illa „Paullum", quam recepit ex ipsius Horatii verbis in versu decimo.

Deinde exhibet Cruquius haec de metris: „Metrum dicolon distrophon priori Glyconium, posteriori Asclepiadium“. Huiusmodi adnotationes metricas repetere solet ex veteribus editionibus; et quamquam hoc loco nulla editio habet expositionem metricam, tamem Cruquius eam exscripsit ex priore aliquo eiusdem metri carmine, velut I, 3, ubi eadem fere exhibent editiones.

Tum pergit Cruquius: „Statuerat Horatius ad tertium usque librum[1]) complere opus carminum[2]): verum tribus libris iam editis,[3]) ex[4]) maximo intervallo hunc quartum scribere compulsus est ab Augusto, ut refert Suetonius in vita Horatij,[5]) in laudem privigni sui Drusi Neronis qui victor de Rhetis Vindelicis fuerat reversus“.

Porphyrion (ed. Meyer): „post consummatos editosque tres carminum libros maximo intervallo hunc quartum scribere compulsus esse dicitur ab Augusto etc.“ Cruquius igitur primum neglegenter verborum ordinem mutavit, deinde ex Porphyrione (cf. „tribus libris iam editis“) auxit, praeterea illud de Suetonii vita sine dubio interpolavit neque vero ex codice sumpsit.

1) Cruqius: „Intermissa Venus] Deprecatur Venerem, ne praeter decorum, iterum res amatorias scribere ab illa cogatur, iam propemodum lustris decem, hoc est, quinquaginta annis gravis, maturus et ab omni voluptate alienus“. Codices: „Intermissa Venus diu Rursus bella moves?] Allegoricos ad Venerem scribit, quod incompetenter res amatorias scribere cogatur quinquaginta annis i. e. decem lustris gravis iam et maturus et ab omni voluptate alienus.“
Cruquius initium scholii mutavit, et praeterea in singulis

[1]) Codd: „usque ad tertium carminum librum“.
[2]) codd.: opus suum.
[3]) codd.: quibus editis.
[4]) codd. omittunt „ex“.
[5]) ut — Horatij omittunt codd.

verbis nonnulla mutavit et transposuit; codicem meliorem non habuit.

3) Cruquius: „non sum qualis] commemorat amicam per occupationem“ 5) Cruquius: „sub regno] tamquam imperet amatoribus quae amatur“. Editionis Basileensis anni 1527 lectionem secutus videtur esse, quae habet: Sub regno Cynarae] Amicam suam commemorat. Ideo autem dixit sub regno, tamquam“ (pars codicum addit: „quae“) „imperet amatoribus quae“ (reliqui codd. a quibus) „amatur“.

4) Hoc scholion satis exile est solum apud Cruquium: „bonae] benignae, non nimis imperiosae“.

6) Cruquius: „mollibus] Antitheton: mollia sunt imperia Veneris ab effectu: sunt enim ludicra et delicata, quae molleis efficiunt amatores: se vero durum ait, nec mollescere, aut domari posse propter aetatem, non magis quam pecora annosa, quae nec ingo nec freno edomari possunt“. Codices: „mollibus iam durum imperiis] Antitheton; mollibus durum opponendo. Mollia enim imperia Veneris sunt quasi ludicra et delicata; se autem ait durum quasi indomabilem propter aetatem. Et est metaphora a pecoribus, quae cum iam aetate duris iugum ac frena adhibentur, perdomari (peredomari Aγ quae domari b. et domari 2 rell: perdomari) non possunt“. Cruquius hic rursus non accurate secutus est editionum et codicum lectionem, sed suo modo permulta immutavit et auxit: attamen, eum codice manuscripto usum esse, cognoscitur ex vocabulo, „edomari,“ cum illius aetatis editiones omnes exhiberent „perdomari“. Invenit sine dubio „peredomari“ quod idem est in Hauthalii codicibus Aγ, sed mutavit in „edomari“.

8) Cruquius: „quo blandae] qui te ultro vocant ad iocos, quibusque facile possis persuadere quod velis, mihi vero seni non nisi difficulter poteris“. Codices universi cum habeant: „Juvenum] Qui te ultro evocent, quibus facile possis persuadere quod velis,“ — Cruquius nihil amplius in manuscriptis suis invenisse videtur.

9.] Cruquius: „Tempestivius] opportunius.“ Codd. et edd.: „tempestivius] opportunius, aptius (γ: apertius).“

10) Cruquius: „Paulli] adolescens erat hic nobilis, elegans et disertus, cui Venerus luxus maxime conveniebat. sequentia indicant a nobilitate et forma.“ Petita haec sunt ex schol. Acron.: „In domo Pauli] Paulus“ (Paullus, l littera duplicata, ut apud Cruquium, nullo est in codice) „fuit nobilis et disertus adulescens et voluptiosus, cui venerius luxus cur maxime convenire dicat, in sequentibus ipse demonstrat, dum nobilem adserit et decentem.“

Cruquius: „purpureis] pulchris. nitidis. puris. reginae Veneri dicatis“ (sic codd. quoque Aby: editiones: dedicatis) ut propter regnum Veneris et dignitatem purpureos dixerit.“ Amplificavit scholion, quod est in Vulgata: „Nitidis aut pulchris aut reginae Veneri dicatis, ut pro regno purpureos dixerit.“

Cruquius: „ales] fingitur Venus a Poetis vehi curru iunctis oloribus: hinc ales dicta, hoc est volucris, sive velox.“ Codd. et edd.: „ales] aut velox, aut quia currus eius alitibus i. e. cygnis trahitur“.

11) Cruquius: „commissabere] delectaberis convivando, luxuriando.“ Codices: „commissabere (al. comessabere. comitabere etc.) delectabere convivando.“

12) Solus Cruquius: „si torrere iecur] si tuum velis exercere offiicium.“

Cruquius: „iecur idoneum] tuis ignibus et amoribus oppositum: idcirco autem iecur amori dedit et libidini, quia iecore amare nos volunt philosophi. felle irasci, et (!) corde dolere.“ Codd. et edd.: „si torrere iecur quaeris idoneum.] Ideo iecur amori dedit, quod iecore amari volunt, felle irasci, corde dolere.“

Cruquius: Decens] flos iuventutis“ et „pro sollicitis] caussarum patronus diligens“. Codd.: et decens et pro sollicitis non tacitus reis] Hunc Paulum et causidicum dicit et flore inventutis decentem.“

15) Cruquius: centum puer artium] finitum pro infinito. hoc est, qui pro facundia et commodo ingenio facetoque optime possit in amore versari“. Codices: „et centum puer artium] Finitum pro infinito. centum artium] i. e multarum. qui pro bono et faceto ingenio optime possit in amore versari“.

17) Cruquius: „et quandoque] hoc est. quandocunque validior in amore quam numera plurima aemuli. hoc est rivalis sui“. Porph.: „Et quandoque potentior largi muneribus riserit aemuli] Quandoque pro quandocunque positum est. et est sensus: Quandocunque apud puellam potior rivali suo fuerit. quamvis ille muneribus commendare se ei conatus sit“.

17) Cruquius solus habet: „riserit] hoc est arriserit et gratus fuerit.“

18) Cruquius: „Aemuli] rivalis. ut. partim rostro premit aemula Pistris.“ Codd. et edd.: „aemuli] Rivalis et secutoris sui. ut est (Verg. Aen V. 187): partim rostro premit aemula pistris.“

19) Cruq.: „Albanos prope te] in Albano monte. ubi Paullum dicit ad lacum habere optima praedia. quare illum et effusiorem ad cultum Veneris promittit. et ad munera propensiorem.“ Codicēs: „Albanos prope de lacus] In Albano monte lacus est. ubi Paulum dicit optima praedia possidere. unde eum effusiorem ad cultum Veneris et Amoris impensas promittit.“

20) Cruquius: „ponet marmoreum] ex solido marmore statuet.“ Codices: „Ponet marmoream sub trabe citrea] Id est. marmoreum Veneris signum et templum decorum statuet.“

20) Cruquius: „Trabem citream aut pro difficili *aut* nobili posuit, aut pro amoenitate Veneris *odoratam*. ut aedificantis divitias ostentaret.“ Codices: „Trabem vero citream aut pro difficili et nobili posuit, aut pro amoenitate Veneris odorata (Hauthalii coni. odor . . . . b odoratam R odoratam A γ. 12. m v elaboratum t. h. elaborata c. a.) ut aedificantis divitias indicaret.“ Cruquius ergo, codicibus

usus est, id quod elucet ex verbo, „odoratam“, cum eius aetatis editiones habeant aut „odoratum“ aut „elaboratum“ aut „elaborata.“

22) Cruquius: „lyraque et Berec.] a Berecynto monte Phrygiae, ubi primum inventa dicitur tibia vel a matre Deûm Berecyntia, cuius sacris deputata est: ut: Ite per alta Dindima, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.“ Codices: „Et Berecyntiae] Matris deûm (matri A γ b. R. r; rell. matris), in cuius honorem tibiae deputatae sunt (tibiae datae putatae sunt A γ b; vulg.: deputatae), ut, (Aen. IX, 617): Ite per alta Dindyma ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.“ Vox „deputatae“ ostendit, Cruquium ex editionibus, non ex codicibus hausisse.

25) Solus Cruquius: „Illic bis pueri] in sacello tibi dicato.“

26) Cruquius: „teneris] pulchris, gracilibus, delicatis, parvis;“ — quod iterum sic formatum est ab editore, ut satis multa mutaret et praeterea verbum „delicatis adderet.

27) Cruq. „candido] pulchro, nudo“; quod in manuscriptis sic legitur: pede candido] Id est pulchro.“

Vers. 28) Cruquius: „Saliorum sacerdotum Martis.“ Codd.: Salium pro Saliorum.

28) Solus Cruquius: „quatient hunc] Periphrasis saltationis ex agitatione et concussione pedum. Poetae usitatus sermo.“

30) Cruquius: Nec spes animi] hoc est amoris mutui: negat se amari posse, cum per aetatem nollet amare.“ Codices: „Iam nec spes animi credula mutui] Iam sibi spem negat esse mutui animi, a quo amari possit, cum ipse amare non vellet per aetatem.“

31) Cruquius: „Nec certare iuvat] hoc est, poculis aequalibus contendere“: Codd.: „Nec certare iuvat mero] contendere poculis.“

32] Cruquius: „Nec vincire] Synecdochicôs pars pro toto, coronare caput.“ Codd.: „Vincire] coronare“.

33) Cruquius: „Sed cur heu] Apostrophe pathetica, quod recordatione Ligurini pueri adamati flere se queritur.“ Codices: „Sed cur heu Ligurine] Recordatione se Ligurini pueri, quem amabat, flere queritur.“ Codicibus usum esse Cruquium apparet ex vocabulo „queritur“, pro quo in editionibus olim legebatur, cogitur.

34) Cruquius: „rara] non amoris parvitate, sed aetatis verecundia: seni namque prae amore flere non convenit.“ Codices: „Manat rara meas lacrima per genas] Non amoris parvitate, sed aetatis verecundia, cui flere non conveniat pro amore.“

35) Cruquius: „Cur facunda] Indicium est nimij amoris subito inter loquendum tacere, ut, Incipit effari mediaque in voce resistit“. Sic accurate fere codices.

Vers. 37) Cruquius: „Nocturnis te ego somniis] ait se Ligurinum puerum semper prae desiderio somniare, et, ut fit, terrore quodam mentis imaginari eum, quasi diu quaesitum, et tandem inventum, velut alitem ex ipso evolare complexu“. Sic accurate fere codices.

Vers. 40) Solus Cruquius: „Te per aquas] in Tiberi natare“.

Vers. 40) Cruquius: „Dure] inflexibilis, inexorabilis“. codd: „dure] aut fortis aut inflexibilis“.

Vers. 40) Cruquius: „Volubileis] fluviales“. Codices: „Volubiles (alii: volubilis)] fluviales“.

Plurima ergo, quae habet Commentator Cruquii, eadem sunt quae in editionibus veteribus et codicibus manuscriptis nobis conservata sunt, editoris licentia immutata: interdum adnotationes Acronis et Porphyrionis in unam redactae sunt formam. Atque editiones quidem veteres, ac maxime Basileensem 1527 (c) et Fabricii Basileensem anni 1555 (f) multo saepius sequitur quam codices, quo factum est, ut manifestos librorum impressorum errores et vitia in Commentatorem suum reciperet. Cuiusmodi loci sunt plurimi, e quibus paucos elegisse sufficiet:

Carm. I, 17, 12 Cruquius sequitur editiones Ascensianam anni 1519 et Bas. 1527: „levia] levigata, „*plana*[1]“ ut, Elicit illa cadens raucum per levia murmur Saxa ciet, et *tuta inde*[2] e levi rimosa cubilia limo unge fovens circum“.

1) Sic tantummodo codices saec XV et edd; boni codices A γ b omittunt plana-circum. 2) Omnes codices et editiones praeter Bas. 1527 et Asc 1519: tu tamen: hae duae „tuta inde.“

Carm. I, 17, 17 Cruquius cum editionibus legit: „reducta] secreta, refrigerata, ut (Verg. A VI 703 cf. VIII, 609 vide Hauthal.), penitusque in valle reducta“. Boni codices A γ b omittunt: „ut penitus-reducta“.

Carm. I, 25, 11 Cruquius: „sub] ante. Verg. 4 Geor. sub lucem exportant“. Haec sine dubio descripta sunt ex ed. Bas. 1527. quae haece habet: „Sub | Ante. ut Virgilius in quarto Georgicorum: Sub lucem exportant *c. a. o. pa*“. Editiones f. h. verba abbreviata plena habent: „Sub.| Ante. ut Virgilius in quarto Georgicorum: Sub lucem exportant calathis: adit oppida pastor.“ Boni codices A γ b totum omittunt scholion; reliqui codices et editiones omnes recte habent: „in tertio Georg“. Cruquius editionem Bas. 1527 legit et verba abbreviata, quae ibi invenit: „c. a. o pa“. cum non intellegeret, omisit.

Cruquium vero Fabricii editionem adhibuisse ad Commentatorem constituendum his quoque planissime elucet, quae iam Hirschfelderus investigavit in Muetzellii Annalibus anni 1864 vol. XVIII p. 571.

In Fabricii enim editione Basileensi anni 1555 ex Landini commentario, qui altero volumine continetur, nonnullae eius viri notae repetitae sunt inter Acronis et Porphyrionis textum, quae Cruquius non animadvertit, quam ob rem eas Landini adnotationes, suo nimirum more variatas, ut antiqua scholia in Commentatore expressit. Haec facta sunt *Carm. I, 16, 2 = Landin. Ed.* Fabr. p. 758:

Cruquius.	Landinus
Criminosis] Criminosa, quae crimina inferant, crimen enim vitium est, sed et causam quandoq. notat. Virg. et crimine ab uno disce omneis. In hoc ergo confitetur delictum, quae res ad iracundiam placandam vehementer facit: sic Davus ille Terent. se crucem meritum fatetur. Est autem quo ad id fieri potest, post confessionem adhibenda accusatio, ut hic ubi in iram culpam reiicit: Scripserat autem Jambicis versibus, qui pes Jambus vehementiam adfert, invectivis valde accomodus: eo autem scribit Horatius ad Pisones usum Archilochum, inquiens, Archilochum proprio rabies armavit Jambo etc. hinc enim Archilochium dicitur Jambicum carmen.	Criminosis] Quae crimina inferant. Crimen enim vitium est. Sed et causam quandoque significat. Vir. Et crimine ab uno Disce omnes. In hoc ergo confitetur delictum, quae res ad iracundiam placandam vehementer confert. Sic Davus ille Terentianus se crucem meritum fatetur. Est tamen quoad id fieri potest post confessionem adhibenda excusatio ut hic ubi in iram culpam reijcit. Scripserat autem Jambicis versibus quoniam pes ille vehementiam adfert, et genus dicendi contortum et concitatissimum et accomodatum invectivis. Sicque illo usus est Archilochus poeta, ut Horat. alibi, Archilochum proprio rabies armavit iambo. Hunc socci cepere pedes grandesque coturni. Alterius actum sermonibus, et populares Vincentem strepitus et natum rebus agendis.

Hoc idem accidit Carm. I, 29,2 = Landin. p. 781, et Carm. I, 30,1 = Landin. p. 782, et Carm. I, 30,6 = Landin. p. 782. Similiter res se habere videtur Epod. 12,3 = Landin. p. 906.

Cruquius	Landinus
neque naris obesae] obturatae nec odorem sentientis. Obesum dicimus pinguem, et	obesae] Pinguis, sic. Vir., Obesa terga. Dicit ergo non habere nares pingues

Crupius

crassum. Virg. de equo obesa terga, id est. pinguia. Sed hoc loco pro obturato. et clauso, posuit obesum: nam pinguetudine nimia solent obturari corporis spiracula. Quare, inquit Horat. non habes obturatas nareis ut possim tuum sustinere foetorem sed patulas, quoniam sagacius odorari possum foetorem libidinosae mulieris, quam canis aprum. hocait Horat. quasi illa tales debeat quaerere qui crassi sintet non odorentur.

Landinus

id est, hebetes ad odorem percipiendum. Sed habere acerrimum olfactum. quo illius tetrum odorem *ferre non* possit.

Cum his coniunxit Cruquius Porphyrionis verba: neque naris obesae] Hoc est: neque occlusae naris ut possim putorem corporis tui ferre.

Praeterea iam Lachmannus (Z. f. A. 1845 p. 485a) ostendit, Cruquium in Commentatore suo ad c. I, 27, 1 habere Anacreontis fragmentum ex Lambino sumptum, a quo inventum erat apud Athenaeum (p. X, 29 Mein.) Eidem Lambino deberi aliud Commentatoris scholion ad carm. III. 5. 15 ostendit Hirschfelderus (Quaest. Hor. p. 10).

Sed ne ob eiusmodi res Commentatorem Cruquianum neglegamus, monet haud ita parvus numerus scholiorum, quae sola apud Cruquium leguntur neque in iis, qui adhuc collati sunt, codicibus inveniuntur.

Horum longe maxima pars sine dubio debetur codicibus Blandiniis. Reliquis autem praeter Blandinios codicibus raro usum esse editorem, cum ipsius libro cognosci potest, tum nos nuper perspicere potuimus, cum codicem Divaei (Bibl. Lugd. Bat. No. 127 A), qui unus ex omnibus Cruquii manuscriptis superstes videtur, denuo conferremus. Huius enim codicis scholiorum perraro rationem habuit in Commentatore, et ex universo primo carminum libro, uno (I. 36,10) loco excepto, brevissimas tantummodo glossas descripsit.*)

Sed quoniam paulo antea, cum Cruquii verba cum Acronis et Porphyrionis scholiis conferremus, apparuit, quantopere ille editor ea quae in editionibus aut codicibus invenerat, ubique mutare, augere, coartare soleret neque umquam fere verba accurate et ad verbum descripta referret in iis quoque scholiis, quae sola in Commentatore leguntur id animadvertendum est *haec non esse ex codicibus accurate descripta*, sed editoris licentia immutata.

Cruquium enim tam licenter et neglegenter non modo in editionibus, sed etiam in codicibus exscribendis egisse, his duobus *Divaei codicis* locis satis apparet: Hic enim codex, de quo proximo capite uberius disputabimus, haec habet in margine ad Sat. I, 5,62 ad verba „Campanum in morbum": *Campania est regio. et illi genti campanie solet (sic!) innasci magne verruce in fronte. quas faciunt incidi. et sic dicit ibi in modum campani morbi*". Quae maxime variata, aucta, interpolata sic perscripta sunt Commentatore Cruquiano ed. 1578 p. 362 b: „*Campanum in m.] hoc enim quasi a natura Campanis fere omnibus inest, ut capitis temporibus magnae verrucae innascantur, in modum cornuum, quas cum incidi faciunt, cicatrices in fronte manent, quasi notae exsectorum cornuum, in hunc ergo morbum, id est, facici vitium (quo Campani laborant) iocatur Sarmentus.*"

Acronis et Porphyrionis adnotationes plane alia et diversa habent.

Praeterea ad carm. I. 36,10 habet Cruquii Commentator: „*Cressa nota] Cretensi. hoc est lapillo candido. Cretensibus enim moris erat dies luctos albis lapillis contrarios autem nigris notare, et ex luctorum dierum*

*) Carm. I. 2,22: I, 7,11: I, 8,4: I, 9,9: I, 13,12; I, 14,3: I. 15.1: I, 15,2: I. 15,35: I, 15,36; I, 16,6: I. 18,1: I, 20,2: I, 23,1: I, 25,13; I, 28,28: I, 32,14: I, 33,13: I, 31,1: I, 35,14: I, 35,28; I, 35,35: I, 36,1; I, 36,10; I, 36,14: I. 37,5: I. 37,14: I. 37,21: I. 37,22 I 37,31; I, 37,32.

numero vitae tempus metiri, malos enim nullo numero dicebant". Divaci codex litteris maxime oblitteratis et lectu difficilibus haec exhibet: *Cresa nota ideo dicit quia nos erat creturum auxare bonos dies .i. numerare b. d. albis lapillis, malos vero nigris lapillis, et ita ego colo facere hoc di etc*".

Acron ed. Hauth: „*Cressa*] *Cretensu. Cretensibus enim nos erat dies laetos albis calculis, nigris contrarios numerare et ex lactorum dierum numero vitae tempus metiri: malos enim in numerum numero non ducebant.*" Miscuit igitur Cruquius codicis Divaci et Acronis vulgati scholia, quibus solita licentia sua adiunxit.

Ceterum recentioribus temporibus codicibus ab Hauthalio collatis magna pars eorum scholiorum quae antea sola ex Commentatore Cruquiano nota erant, aliunde edita est, quo fit, ut Commentator Cruquii nunc minoris momenti sit quam fuit antea. Codicibus enim Blandiniis maxime affines sunt Hauthalii codices γ (Paris. 7975) et b (Barcellonensis) et codex Vetus Ambrosianus, qui ex parte tantummodo ab Hauthalio collatus est.

Permultis enim locis soli faciunt cum Commentatore Cruquiano hi codices, quos plane eidem codicum familiae attribuendos esse paucis ostendisse sufficiet eo magis, quod iam priore capite complura eiusmodi obvenerunt.

Ac primum quidem saepius ex iis quae ipse Cruquius de lectionibus Blandiniis adnotavit id colligi potest, velut Ep. I. 3, 9: „Scripta omnia Blandinia (ut in Commentatore cernere licet) hic habent Titius Septimius". Hoc praenomen „Titius" nusquam praeterea legitur nisi in γ b. Porro Ep. I. 19, 15. A. p. 54: A. p. 302 aliisque locis videmus ea, quae in Blandiniis legi testatur Cruquius, aut in γ b, aut solo in γ. Huc accedit magna scholiorum multitudo, quae sola inveniuntur apud Cruquium et in γ b sine dubio provenientia ex codicibus Blandiniis. Ex his exempli causa pono haec:

Carm. IV, 4, 11: Cruq: „Adorea] laus bellica: quia adorandos facit illos qui vincunt, et sensus est iste: Testis est dies quantum debe tu Neronibus, qui risit Adorea, propter

fugam Poenorum". Tum: „Post hoc secundis] post victum Asdrubalem prosperis rebus crevit Roma prosperiusque agere coepere Romani". γ b habent nonnulla scholia conglutinata: „Adorea dicitur laus bellica quia adorandos facit illos qui vincunt, et est sensus: testis est iste dies quantum debetur [quanto debes tu, b.] neronibus qui risit adorea propter poenorum fugam. Adorea proprie dicitur virtus bellica sive laus [militum quia adoramus eum post victoriam etc. etc. b] Id est, post victum annibalem prosperis rebus crevit roma. Fugato annibale et occiso asdrubale prosperius agere cepere romani".

Acron vulgatus in edd. et codd: „Qui primus alma risit adorea] Adorea laus bellica vocabatur, eo quod victores a victis adorarentur." Porph: „qui primus alma risit adorea] adorea laus bellica dicitur fortassis quod adorandi sint, qui laudem ex bello reportant."

Carm. IV, 7, 1 haec habet Cruquius cum codicibus γ b. communia: „Hac ode Torquatum ad vitam meliorem hortatur ac dicit (dicit autem γ. b), ut vices sunt temporum, ita esse cuncta (ita cuncta esse, γ. b), mortalia et nihil ultra fata (γ. b. addunt: esse) sperandum, cum nemo ab inferis sit reversus".

Codices et editiones prorsus alia habent.

Tum porro Cruquius: „Diffugere nives] exordium a Veris descriptione seu verni temporis amoenitate, redeunt iam] omnium rerum vicissitudo est." γ: „Hoc carmen veri temporis continet descriptionem. Diff. redeunt] omnium rerum vicissitudo est." Acron vulgatus: „Diffugere nives] Ad Torquatum scribit per verni temporis descriptionem omnium rerum vicissitudinem."

Carm. IV, 9, 3 Cruquius: „Non ante volgatas] quia primus ipse inter Latinos poetas lyrica carmina scripsit, ut ait supra carmina non prius audita." Acron vulgatus et in edd. et in codd.: „Non ante volgatas per artes] Quia ipse prior lyrica scripsit." γ: „non ante volg.] Quia ipse prior latina lyrica scripsit, ut superius (III, 1. 2): carmina non prius audita."

Haec pauca elegi de quarto carminum libro, quo uno in libro quadraginta tres inveni locos, quibus Cruquius facit cum codicibus γ aut γ b, unde quanta similitudo intercedat inter Cruquium et codices Blandinios satis manifestum est. Similiter *Epo. 4, 10* Cruquius congruit cum codicibus γ et Vet. Ambr., *Epo 9, 7* Cruquius et γ soli habent Livii fragmentum de Sex. Pompei in pugna navali vestimenti colore, et multa alia.

Quid? quod manifesta posteriorum saeculorum additamenta Cruquius habet cum iis codicibus communia: *Carm. enim III, 29, 4 Isidorus Hispalensis* laudatur in γ b et apud Cruquium: „balanus generaliter appellatur (appel. om. b) omnis glans sive nux, specialiter vero (Cruq.: autem) glans odorifera, de qua conficitur unguentum (Cruq. add.: satis) unctioni capitis aptum quod appellatur miro baladum (Cruq.: myrobalanum) teste Isidoro, hic tamen (Cruq.: autem) glandem pro unguento posuit.“*) Unde elucet, codicum γ b et eius codicis Blandinii, in quo hoc scholion fuit, archetypon perscriptum fuisse post priorem saeculi septimi dimidiam partem, cum Isidorus vixerit usque ad annum post Christum natum sexcentesimum tricesimum sextum.

Neque minus hoc scholion, Cruquio et codici γ commune, post quartum post Christum natum saeculum scriptum est *Sat. II, 4, 11*. Cruquius: „Byzantina] *Constantinopolitana*“ γ: „Byzant. put. orca] Orca *Constantinopolitana*.“ Item codices A γ et Commentator Cruquianus in *Carm. II, 11, 1* adnotationem exhibent post quartum vel quintum saeculum ortam, in qua *Hunnorum* mentio fiat.

Ex his igitur sequitur, in codicum γ b et Blandiniorum recensione Acronis commentarios non vetusta et genuina forma

*) Est locus Isid. Etym. IV, 12 p. 140 Lindem.: „Myrobalanum, quia fit ex glande odorata. De quo Horatius: Et pressa tuis balanus capillis. Oleum est purum nullique rei admixtum. Unguentum vero est omne, quod ex communi oleo confectum aliarum specierum commixtione augetur odoris iocunditatem sumens et longius redolens.

conservatos fuisse, sed posteriorum saeculorum additamentis corruptos et interpolatos.

Quamquam vero in universum codicum γ b lectionibus Cruquii adnotationes de suo arbitrio multa mutantis posthabendae sunt, tamen non desunt exempla, ubi Cruquius ad textum emendandum utilis est. Velut in *Carm. IV, 13, 4* haec leguntur in codicibus et editionibus: „Nec Coae referent purpurae] Coae, pretiosae a loco, *in hac (sic vulg.; A: in quo, γ: in choa)* enim insula purpura melior tingitur“ γ habet: „pretiose, ibi enim optima purpura tingitur.“ Cruquius, quamquam cum recensione Blandinia, cuius recensionis formam praebet γ, vulgarem recensionem miscuit et nonnulla de suo addidit, tamen recte habet: „Nec Coae purpurae] pretiosae, a loco; nam *in Co insula* vestes tennissimae texuntur ad delicias muliebres et luxum, optimaque purpura tinguuntur.“

Carm. III, 16, 34 Cruq.: „pinguia Gall.] crassa et fecunda. *Mart. te Tyrus, me pinguis Gallia nutrit*, est enim Gallia pascuis apta.“ Editiones haec tantum habent: „Pinguia] id est crassa.“ Soli codices A γ exhibent: „pinguia] grossa . *tecum etyrus (sic γ: te . . . . us A) certit*. Et γ praeterea: „Est autem Gallia pascuis apta.“

Cruquius locum rectiorem invenit in codicibus suis, at reliqua mutavit, cum ex editionibus „crassa“ induceret et ipse adiungeret „et fecunda.“ Est Martial. II, 11,7.

Epist. I, 15, 3 Cruquius emendatius laudat Sallustii fragmendum *„belli sane sciens“*. Codex γ perverse legit *„belli sane faciens“*. Eiusmodi scholion nullo praeterea in codice legitur.

Praeter Hauthalii codices γ. b. Ambr. paucis locis codices B ζ, qui suam propriam recensionem proferunt, consentiunt cum Commentatore Cruquiano ut Epo. 4, 17; Epo. 10, 12 aliisque locis.

Sed non solum semel atque iterum in Cruquii Commentatore occasio nobis offertur textus scholiorum emendandi, sed etiam praeterea satis multa restant scholia, quae alibi non leguntur. Quorum ad auctoritatem examinandam maxime

idonea sunt ea, quae aliorum scriptorum locos commemorant. Quodsi in his scriptorum nobis amissorum loci proferuntur, magni ea ob vetustatem faciemus: sin autem nulli inveniuntur, ea spernemus et dicemus, scholia recentioribus demum orta esse temporibus. Atqui longe quidem plurimi aliorum scriptorum loci, qui soli apud Cruquium leguntur, noti sunt et tales, quales medio aevo potissimum legebantur. Nobis enim in legendo haec occurrerunt: Ex *Vergilio* quinquaginta septem eruimus locos, ex *Horatio* ipso octo, ex *Terentio* novem. Praeterea habemus:

Livius C. II, 1, 5; Liv. 37.36 *Ovidius*: Epo. 5, 3; Met I, 1: *Plautus*: Sat II, 3, 278; Amph. II, 2, 143. *Juvenalis*: Epo 12, 12; Sat 7,221: A. p. 8[illegible]. *Persius*: Ep. I, 6, 51 V, 73: Ep. I, 6, 61; III, 98: Ep. II, 1, 114; V, 100: Ep. II, 2, 14; V, 127, Ep. II, 2, 184; Pers. V, 179. *Lucanus*: Carm. IV, 9, 2; II, 407. *Cicero*: Epo. 4, 7; Cat II, 10 med: Epo. 7, 15; Cat. I, 8, 21: Epo. 11, 27; Tusc 4, 35; Off. I, 2; Sat I, 8, 46: et postremo *C. IV, 8, 17; Off. I, 2, 38*. Hic ultimus de Cicerone talis est apud Cruquium locus: „Non incendia Carthaginis impiae] quia contra foedus iuramento violato, Romanis rebellarunt, quos etiam *Cicero in Dialogis* nominavit *foedifragos Afros*." Quod a viris doctis creditur petitum esse ex Ciceronis libro de re publica. Nobis res aliter se habere videtur. Invenitur enim in libro de officiis I, 12, 38 (Orell. et Bait. ed. mai. II. vol IV. p. 853,12) locus, ubi orator ille loquitur de „*Poenis foedifragis*". Quod autem in Commentatoris Cruquiani loco *Afri, non Poeni* commemorantur et praeterea *de dialogis* loquitur auctor, cum liber de officiis non sit dialogus, sed a Cicerone ad filium missus sit, hoc inde factum esse arbitramur, quod is qui hoc scholion scripsit, locum e memoria laudavit.

Quamquam scholia, in quibus haec inveniuntur ex veteribus commentariis possunt excerpta esse, tamen pleraque haud dubie medio aevo conscripta sunt. Nihilominus autem quaedam adnotationes inveniuntur, quae veterum commentatariorum vestigia prae se ferunt.

Velut in carminis saecularis initio multo plura habet Cruquius quam Acronis et Porphyrionis codices vulgati, quorum auctor *Verrius Flaccus* appellatur, de quo nihil est in nostris libris: *Porphyrion*: „hoc carmen saeculare inscribitur, cum enim saeculares ludos Augustus celebraret, secundum ritum priscae religionis a virginibus puerisque praetextatis in Capitolio cantatum est". *Acron*: „Phoebe s. p. D.] Saecularis carminis duplex devotio esse consueverat, aut enim pro sedanda et vertenda pestilentia, aut pro certo et constituto annorum numero: centesimo enim decimo anno in Capitolio a pueris et puellis impuberibus cantabatur. Ideo autem tempora numeraturus ab Apolline et Diana principium sumpsit, quia ipsi in honore solis habebantur et lunae, unde Vergilius dicturus Georgicon carmen sub aliorum vocabulis numinum ipsos invocavit [dicens] (I, 5): Vos o clarissima mundi Lumina labentem caelo quae ducitis annum Liber et alma Ceres." Praeterea vers. 5: „Cum Roma pestilentia laboraret, ex libris sibyllinis iussum est, ut Diti patri ad Terentum stipes mitteretur. Hoc etiam idem libri iusserunt, ut nobilium liberi in Capitolio hoc carmen cantarent." *Codex* [illegible]: „Carmen ideo dicitur seculare quod per centum et decem annos ludi celebrabantur tribus diebus et tribus noctibus. Metrum tres saphici, quartus dippodia. Dixerunt autem hoc carmen secularibus ludis quos celebrabat augustus in capitolio post centum et decem annos virgines et pueri praetextati."

Cruquius haec omnia miscuit et cum iis quae praeterea invenit coniunxit. „Metrum hoc tribus constat Sapphicis et quarto dipodia. Carmen seculare vocatur, quod in saecularibus ludis secundum ritum priscae religionis in campo decantatum est, a virginibus puerisque praetextatis. Ludi autem saeculares qui et scenici et theatrales, ideo dicti sunt, quod per centum et decem annos celebrabantur trinoctio, id est, tribus diebus et tribus noctibus. Saeculares autem, quod a primo seculo, id est, ab origine Romanae gentis reperti et instituti sunt scilicet a Numa Pompilio, a quo Romanis, post centum et decem annos, semper in usu

fuere. *Verrius autem Flaccus* refert carmen saeculare et sacrificium institutum, intra annos centum et decem, Diti et Proserpinae primo bello Punico, decem virorum responso, cum iussi essent libros Sibyllinos inspicere ob prodigium quod ex bello accidit. Nam pars murorum icta fulmine ceciderit. Atque ita responderunt bellum adversus Carthaginienses prospere geri posse, si Diti et Proserpinae triduo, id est, tribus diebus et tribus noctibus continuis, ludi fuissent celebrati, et carmen cantatum inter sacrificia. Appio Claudio Pulchro cons. Praeterea ludi saeculares celebrati sunt, cum Roma pestilentia laboraret, quando ex libris Sibyllinis iussum est, ut Diti patri ad Tarentum stipis (Sic!) mitteretur. hoc etiam ijdem libri iusserunt, ut nobilium liberi in Capitolio carmen decantarent trinoctio, quia tres dies et tres noctes celebrabantur ludi isti. Itaque cum Augustus ab Actio Epiri promontorio, superato Antonio, esset victor reversus: ludos scenicos Romae celebravit in honorem Apollinis et Dianae, sed praecipue Apollinis, quod putaret se ab illo praecipue fuisse defensum, et propter hos ludos et carmen, Augustus Divus tunc esse meruit, in cuius gratiam Horatius in Capitolio decantare fecit a pueris et puellis hoc carmen a se edoctis.“ Eiusdem Verrii Flacci verba recognosci quoque possunt in iis, quae Festus excerpsit s. v. „Saeculares ludi“ (p. 329 M.) et s. v. „Terentum“ (p. 351 M.)

Deinde A. p. 38 in scholio reliquis Acroni simili duo *Catonis* loci afferuntur, qui sine dubio ex bono et antiquo fonte hausti sunt: „*Cato.* Metiri se quemque decet, propriisque iuvari laudibus. et iterum: Quod est, eo uti decet, et quod agas, agere pro viribus.“ Henricum Jordanum (M. Catonis praeter librum de re rustica quae extant. Lips. 1860) haec duo fragmenta fugerunt.

Tum A p. 301 Cruquius in scholio, quod multo auctius habet quam Acron vulgatus, de Licino tonsore solus affert distichon, quod in Claudii Binet codice Bellovacensi nunc amisso (S apud Riesium in Anthol. Lat. Lips. 1868.) *Terentii Varronis Atacini*, in scholiis ad Persium 2,36

solo Varronis nomine traditum est. (Cod. Vossianus Q 86 (V) cum Cruquio inscriptionem omnem omittit):

Marmoreo tumulo Licinus[1]) iacet, at Cato[2]) nullo
Pompeius parvo: quis putet[3]) esse deos?

Neque vero solum in iis scholiis, in quibus scriptorum loci commemorantur, sed etiam in aliis saepius inveniuntur res, quae ex antiquis commentariis manavisse videntur velut *Epod. I. 34*: Cruquius: „nepos] Luxuriosus et prodigus, fortassis inde hoc nomen hanc significationem habet secundariam, quod nepotes ab avis domi suae delicate enutriri: soleant propterea lascivire, et bona patris prodige dilapidare: *vel a Nepa serpente, qui omnes devorat natos praeter unum, qui latenter in setis dorsi matris erudit.*“

Epo. 5. 1 Cruquius multo ampliorem quam scholiastae vulgati commentationem habet de Necyomantia vel Necromantia, de Sciomantia, tum de Pythonissa quadam.

Epo. 5,58 de meretricibus Suburae habitantibus et de nominis eius vici origine.

Epo. 5,82 de bitumine et de regione Semaar, ubi inveniatur.

Epo. 9,6 de septem modis musicis Dorio, Hypodorio, Phrygio, Hypophrygio, Lydio, Hypolydio, Mixolydio.

Epo. 16,6 de Allobrogibus et de eorum in Romanos odio, de domiciliis et de corporis eorum habitu.

Epo 16, 41 de Fortunatis Insulis supra Britanniam et ultra Orcadas insulas sitis.

---

[1]) Lycinius S. rell. Licius tumulo.

[2]) Ad V S. Cato parvo. Pompeius nullo S. schol. Pers. quis putet Cruq. et nonnulli codd. schol. Pers. credimus V S. Saddit Saxa premunt Lycinum, levat altum fama Catonem Pompeium tituli; cedimus esse deos.

Praeterea Gellius (vel ut apud Cruquium noto errore Agellius) A. p. 371. Apuleius Epo 15,21 nominantur. De quibus, cum Acroni aetate fere aequales fuerint, dubitari potest, utrum iam in vetere aliquo commentario commemorata an postea demum inserta fuerint nomina.

Tum Sat I, 3, 46. Cruquius multo ampliorem narrationem habet quam Acron et Porphyrion de Sisypho Antonii pumilione.

Sat. I, 2, 55 de Origine, Licoride et (!sic Cruq.) Arbuscula libertinis celeberrimis ex parte alioude quoque velut ex Cicerone, Vergilio, Propertio notis.

Sat. II, 1, 47. Cruquius: „Cervius irat.] Cervius Ascanij libertus columniator accusavit Cn. Calvinium lege de sicariis.“ *Acron* habet: „Cervius iratus] Cervius accusator quidam fuit et calumniator.“ *Porphyrion*: Cervius iratus] hunc Cervium vult videre accusatorem, quia de malo indice postea loquitur.“

Sat II, 8, 36 Cruquius solus Nomentanum Decumanum (hoc etiam v. 25) et Porcium Publicanum fuisse et publicanos sublato digito licitationem vectigalium fecisse narrat. Acron et Porphyrion plane diversi sunt.

Epist. 1, 15, 3 Cruquius plura quam Acron et Porphyrion exhibet de Augusti morbo et de Antonio Musa eius medico.

Epist II, 1, 86 Cruquius ampliora profert quam scholiastae vulgati de carmine Saliari et de duodecim sacerdotibus Martis ministris.

A. p. 91: Cruquius large narrat historiam mali Atridarum, de quo nihil Acron et Porphyrion commemoraverunt. Tales ampliores fabulae, quales in Cruquii Commentatore saepius occurrunt, sumptae videntur esse ex Blandinio antiquissimo, quem his largiorem fuisse ex Nannio scimus.

A. p. 139 narrat Aesopi fabulam de mure a monte parturiente eiecto, ubi Acron et Porphyrion nihil nisi exiles adnotatiunculas habent.

A. p. 380 apud *Acronem* haec pauca sunt: „trochive] Id est, quaternarii; nam trochos vocant Graeci quaternarios. aut trochi, id est, rotae, quam currendo pueri virga regunt“ *Cruquius* multo copiosior est: „trochive] trochus dicitur turben qui flagello percutitur, et in vertiginem rotatur, unde a volubilitate nomen habet: aut est rota, quam currendo pueri virga regunt, et τρόχος Graece dicitur, qui est vel

τετράκνημος id est, quaternarius, id est, constans quaternis radiis, vel ἑξάκνημος, vel ὀκτάκνημος: turbo autem turbinis, est impetus venti; Turbo, onis, proprium militis.“

A. p. 414 a solo Cruquio narratur, quomodo athletae corpus tractaverint et coluerint.

Haec quae modo protulimus, elegimus, ut ostenderemus, satis multa esse in iis commentariis, quae non medio aevo aut Cruquii interpolationibus, sed antiquitati debentur.

Praeterea autem nonnulla extant, quae certissimis inferioris aetatis vestigiis notata sunt neque ex Acronis vel Porphyrionis vel aliorum eius aetatis commentariis manaverunt, sed postea demum addita sunt.

Primum enim *Carm. I, 35,41*: in Massagetas] Massagetae iuxta *Gothos* incolunt, unde et *Gothi* Massagetae aliquando dicuntur: vocantur etiam aliis nominibus *Ostrogothi*, id est, orientales, et *Vesigothi*, id est, occidentales *Gothi*.“

C. II, 7,4 in scholio, cuius maxima pars cum Acrone et Porphyrione consentit, apud Cruquium *Donatus* auctor esse dicitur, „Quiritium“ verbum a veteribus pluraliter tantummodo usurpatum esse.

Tum: *Epo. 13,8:* Cruquius: „Achaemenio] Persico ab Achaemene Persarum rege, cuius ira sedari non poterat, nisi caede duodecim hominum. *Sedulius* (Opus Paschale 1, 176 p. 574 Migne. vol XIX.). Cuius Achaemeniam rabies accenderat iram, etc. Persae primum dicuntur invenisse usum nardi“. *Acron*: „Achaemenio] Persico“ γ: „Achaemenio] persico. nam primum persae invenerunt usum nardi“.

Quartum *A p. 50* Cruquius ad scholion, cuius prima pars cum Acrone facit, haec addit: „cinctuti autem dicti sunt propter strictas tunicas pectoribus suis aptatas sine cingulis: qualeis adhuc *Scoti* gestant“.

Quintum *A p. 308* „quid deceat] sit decorum scribere et utile. *Divus Augustinus in libro De doctrina Christiana* dicit hic in primis legendum esse hunc poetam“.

Sextum *A p. 390*: „ edideris] evulgaveris. aliud est edere, aliud componere: nam componere est rem primo describere: edere autem est, aut vulgare, aut corrigere. hinc *Servius* dicit

Virgilium libros Aeneid. ineditos, id est, incorrectos reliquisse atque incendi iussisse". Alluditur ad Serv. vit. Verg. (p. 2 ed. Thilo): „ . . . postea ab Augusto Aeneidem propositam scripsit annis undecim, sed nec emendavit nec edidit: unde eam moriens praecepit incendi".

A p. 332: „cedro] resina cedri. Cedrus est arboris species, cuius resina nigri coloris est, qua quicquid fuerit oblitum, numquam putrescit: unde nobilium poetarum chartae hac oblinebantur, ne corrumperentur a tineis: *hac etiam vidimus particulas sanctae crucis oblitas,* quarum color velut Indicus apparebat. cupressus autem est cedri species, unde confici solent capsulae in quibus reponebantur scripta poetarum contra tineas".

Sed non modo huiusmodi scholia, quibus commentarii vetusti interpolati erant, Cruquius in Commentatore habet, sed etiam adnotationes nonnullas, quas recentioribus factas esse temporibus apparet, recipere non dubitavit.

Nam cum *Sat, II, 4,81* Acronis codex γ exhibeat: „hic scope] hic scopis et hec scopis dicitur. Rasura serrarum, quod Graeci dicunt TIRICMA" — ; Cruquius haec legit: „scobe] hic scobis, et haec scobes dicitur rasura serrarum. Graece πρίσμα: *Theotisca lingua. urpora,* sed hic pro omni purgamento domus ponitur. Sunt qui velint hic esse ferrum, quo raduntur sordes a pavimento, a tabulis marmoreis, ab ipsis sedibus" Multo etiam recentiora haec Cruquii sunt: *Sat II, 2,89*: „rancidum ap.] leviter tantum putentem. *Flandrice garstich*". *Acron* habet tantum „Rancidum aprum] Laridum. Leviter putentem, [et] corruptam carnem rancidam dixit".

I, 3,46 „soleas] galliculas bene incisas. *Gall. des brosequins*", *Acron* vulg.: „soleas] Caligulas bene incisas". *codex* γ: „galli culus".

Itaque ut paucis complectar quae disputavi, haec fere sunt:

Quamquam dubium esse non potest, quin Cruquius in Commentatore suo componendo imprimis veteres secutus sit editiones earumque textum suo arbitrio mutaverit et interpolaverit et ea quoque, quae in codicibus suis ac maxime quidem Blandiniis diversa invenit, *) variaverit, tamen ea scholiorum congeries non spernenda est.

Ea autem,quae in Blandiniis scripta erant et nunc in Commentatore Cruquiano servata sunt, partim bonis et vetustis primi, secundi, tertii post Christum natum saeculi commentariis tribuenda sunt, partim sunt posteriorum saeculorum addimenta.

*) Codices Blandinios in epodis, in carmine saeculari, in arte poetica imprimis copiosos fuisse aut a Cruquio maiore studio collatos fuisse, vel ex paucis exemplis a nobis propositis colligi potest.

QVAESTIONVM BLANDINIANARVM

CAPVT TERTIVM:

DE FIDE CRVQVII.

Inter ea, quae a Cruquio proferuntur ex codicibus Blandiniis, nonnulla tam mira et singularia videntur, ut fieri non potuerit, quin fides illius editoris in suspicionem vocaretur, id quod fecerunt Hirschfelderus (Quaest. Hor. spec. Berol. 1862 p. 12) et Bergkius (Philol. XIV. a. 1859 p. 389) et alii; novissimis autem temporibus Kellerus in Epilegomenis ad Horatium (Vol. III, p. 800) qui, postquam permulta contra Cruquii fidem protulit, haec dicit:

Dazu kommt die carm. III, 7, 4 berichtigte nachweislich unrichtige Notiz des Cruquius über die angebliche Lesart fidi statt fidei in seinem Codex Divaei. Den von Holder versprochenen Nachwcis, dass diese Handschrift überhaupt sehr ungenau von Cruquius collationiert worden ist, muss ich leider ihm selber und damit einer unbestimmten Zukunft überlassen, da sich die Collation im gegenwärtigen Augenblick nicht auffinden lässt. Vielleicht unterzieht sich ein jüngerer Mitforscher dieser nicht undankbaren Aufgabe. Für die Wahrheit der fraglichen Behauptung stehe ich ein.

Cum is codex solus ex Cruquii exemplaribus relictus essé videatur, maxime nobis idoneus videbatur, quo denuo collato fides Cruquii examinaretur, licet ipse codex esset minoris pretii. Atque Aemilii Huebneri, viri doctissimi et praeceptoris dilectissimi, benevolentia nobis contigit, ut

Cruquii ille codex Divaei, qui servatur in Academia Lugdunensi Batavorum, Berolinum transmitteretur. Quo accepto *quingentos quinquaginta fere locos* ex Cruquii editione eruimus, in quibus codex Divaei aut commemoratur aut de eo conici potest, ex quo locorum numero hoc loco imprimis ea proferemus, in quibus ea quae adnotavit Cruquius non conveniunt cum iis quae re vera sunt in codice. Sed priusquam ad rem accedamus, ea repetere nobis liceat, quae *Holderus*, qui eundem codicem in manibus habuit, de forma et statu eius manuscripti profert in tabula libro manuscripto ab ipso praefixa.

„Cod. ms. Lat. Bibl. Publ. Lugdun. 127 *A* membra-
„naceus saeculi XII. 118 foliorum formae octavae minoris
„(alt. 0,235, lat. 0,15 metr. gall.) cf. Catalog. libb. B. publ.
„Lugd. B. a 1716 p 529. Catal. descr. Geel. a. 1852. nr.
„352 pag. 96. Emptus est ex libris Sam. Hulsii. vid. Catal.
„Bibl. Hulsianae T. I p. 323 n. 4990. Et codex Zuliche-
„mianus (Zuylichem) cuius varias lectiones descriptas manu
„Nicolai Heinsii Petrus Burmannus ad R. Bentleium miserat
„(vid. eius Praef. ad Hor.). Eiusdem codicis conlatio modo
„tris priores carminum libros usque ad c. IIII, 2 complexa
„extat in P. Burmanni sylloge eius manu scripta, quam
„bibliotheca Regia Berolinensis servat (cf. C. Kirchneri
„novae quaestiones Horatianae, Numburg 1847 pag 56 .....

„Continentur hoc libro Q. Horatii Flacci opera cum
„scholiis in margine et glossematis inter versus; *) hoc ordine:
„carminum libri IIII fol 1r — 41l epodae fol. 42r — 50r
„carmen saeculare fol. 50r — 51r ars poetica fol. 51l
„med. — 58r sermones I. 1, 1 — II, 3, 49 fol 58r — 78r,
„continuo secuntur epistt. I, 3, 23 — 7, 21 fol. 78r — 80l
„serm. II, 3,50 — II, 8 ex. fol. 81r — 94r epistulae
„fol 94r — 116r". folia sunt hunc in modum disposita:
„decem quaterniones sign. I — X desinunt epist I, 7, 21.
„quat. XI (fol 81 — 88) incip. serm. II, 3,50 quinio XII (fol.

*) Haec scholia codicis levidensia sunt, a monachis medii aevi facta, sine ulla vetustatis auctoritate.

„excisum post 88 — 97) * 89. 90. 91. 92. | 93. 94. 95. 96. 97.
a b c d e e d c b a
„(fol. 97.=epist I, 2,76 — I, 5,2) 2 quaterniones XIII, XIIII
„(fol. 98 — 113)= epist. I, 7.22 — II, 2.44 ternio (fol.
„114 — 118)= 114. 115. 116. | 117. * 118.
a b c c b a

„Inscriptio fol. 1r hic incipiūt ode oratij crispi. feliciter.
„[incipiunt]: Incipit liber oracij crispi. odae continuae sine
„librorum divisione. Epodon fini (fol. 51r) subscriptum
„minio; Expliciūt ode oratij Dō gras. tum sequitur (fol. 51 l)
„Ars poetica, cum inscriptione minio exarata: Incipit poet'a
„oratij. deinde fol. 58r Incipit liber sermonum oratij. —
„fol. 94r minio: Incipiūt eple oratij. — subscriptio fol. 116r
„EXPLICIT LIBER EPYSTOLARVM. — secuntur hac et
„seq. pagina expositio metrica. fol. 117 (2 column.) quae-
dam grammatica. fol. 117 l et 118 Confessio monachi
„aliaeque nugae. m. Sept. 1867 alfred holder.“

Ex hac codicis descriptione ab Holdero facta elucet, nonnullos primi epistularum libri versus (I, 3, 23 — I, 5, 2) bis legi in codice manuscripto. Primum inveniuntur hi versus prima manu scripti fol. 78 r. lin. 28 ff. — fol. 77 l. lin. extrem. (=Div I), tum alia manu posteriore repetita sunt eadem fol. 95 lin. 1 usq. ad folii finem (=Div II.). Prima, quae nominavimus Div. I, maxime oblitterata sunt et detersa videntur ab aliquo, qui eadem postea invenit in fol. 97; sed Div. II ex Div. I in folio, quod vacuum relictum erat, descripta sunt et plane congruunt cum Div. I, nisi quod uno loco, ubi Div. I accurate perspici non poterat, manus aberravit Praeterea ea, quae Muetzellius in Z. f. G. IX, 1855 p. 854 protulit, Carrionis codicem, qui appellatur a Cruquio, eundem esse ac Divaei manuscriptum, hac collatione planissime confirmatur.*)

*) Cruquii codices hi sunt: Quatuor Blandinii. Buslidianus, Silvius, Martinius, Nannii codex (plane a Nannii Bland. antiq. diversus), Divaei (= Carrionis), Maldeghemianus, Tonsanus.

Cruquius.

I, 1, 35 inseres] duo Bland. et cod. Carr.

I, 2, 31 candenteis habent omnes scripti codices atque ita est synchusis.

I, 2, 46 Cod. Carr. habet Quirino, sed o mutatum in i, indicat et superscriptio τό Romano, et aperta litura.

I, 3, 16 freta] Cod. Carr. habet fretum.

I, 3, 19 turbidum] Bland. cod. omnes Mart. Carr.

I, 3, 36 perrupit Acheronta] Cod. Bland. Mar. Carr.

Codex Divaei.

Div: inseres.

Div: **candentes.** Hinc igitur consequens est, a Cruquio „eis“ poni pro syllaba accusativi plur. „es“, quod idem saepius nobis occurret.

Cod. Div: quirini; in primam quidem et duas extremas litteras altera manus nigrius atramentum induxit **sed certissimis vestigiis apparet, iam antea scriptum fuisse „quirini.“** Manus enim altera nigriore atramento saepius locos codicis oblitteratos renovavit. Quod autem „populo quirini“ interpretatus est aliquis „populo romano“ in Divaei codice, plane iustum est. Hoc igitur loco cognosci potest, Cruquio de lituris et rasuris disserenti satis diffidendum esse, quamvis eum legentes consulto decipere voluisse, hinc minime consequens sit.

Div: fretum.

Div: turbidum.

Div: prerupit. Hic Cruquius primo quidem aspectu minus accuratus videtur; sed quotiens de aliquo loco agit, semper id solum spec-

tandum est, de quo agit. Hoc autem loco non de perrupit aut prerupit loquitur, sed dicere vult, hos codices non habere „que“ syllabam adiectam, quam invenisset in aliis suis codicibus. Et re vera variant hic codices inter „perrupit“ et „perrupitque“.

Sic Div.

I, 4, 12 seu poscat agnam] sic habent duo codices Bland. quos secutus sum. Carr. codex habet: seu poscat agnam, sive malit haedos.

I, 6, 7 duplicis] id est versuti et callidi, pro Epithetis Homericis Ulyssi datis. Quam quidem sententiam etsi non improbem, **tamen consensum omnium, quos vidi, scriptorum codicum in dupliceis nolui vili facere.**

Div: **duplices** ergo: eis = es

I, 7, 7 undique decerptam] Quos legi codices scriptos, omnes habent, **Undique decerptam fronti praeponere olivam**. Aliqui nuper typis evulgati legunt, Undique decerptae frondi praeponere olivam. Quae lectio sumpta est ex emeudatione Erasmiana etc.

Div: „undique **deceptam (superscr: acceptam)** fronti praeponere olivam.“ Quod iterum primo quidem aspectu a Cruquio neglegenter prolatum videtur, sed iterum id tantummodo dicere voluit, codices omnes suos non exhibere „decerptae frondi.“

I, 7, 14 **Cod. Carr. pomoeria:**

Div: **pomeria.** Iterum igitur Cruquius minus accuratus est in re orthographica.

I, 7, 15 deterget] sic omnes Bland. Carr. Mald. Sil. Busl, sed Mart. habet detergit.

Recte.

I. 12, 3 quem dium] cod. duo Bland. cum Mart. Mald. et Div. alij Deum.

Div: dm̄, hoc est **deum,** quod eodem modo scriptum est in codice Carm. 4, 8, 8; IV, 12, 11 Sat. I, 8, 3 etc. Habemus igitur locum, de quo non recte rettulit Cruquius.

I, 15, 20 cultus] duo Bland. et Maldeg. crineis reliqui cum antiquiss Bland.

Div: crines. Ergo eisses.

I, 15, 24 Teucer te Sthenelus] Cod. 3 Bland. et Maldeg. alii Teucer et Sthene.

Div: teucer.-et stelenus. Ergo neglegens est in re orthographica.

I. 17, 9 hoeduliae] . . . at Lambinus tamen mavult hoeduliae, eo quod in scriptis fere omnibus offenderit **hoediliae, ut et ego quoque in meis praeterquam in duobus Bland.** in quibus liturae sunt indicio manifesto prius scriptum fuisse hoeuiae . . . .

Div: edilia. Ergo Cruquius non omnes codices inspexit, quamquam de omnibus narrat!

I, 20, 1 De profectione mentio fit in Divaei codice.

Div. habet scholion in margine, quod sic incipit: „Mecenas iturus in apuliam, mandavit horatio ut eum susciperet hospitio etc.“

I, 24, 2, **lugubris] in omnibus scriptis praeterquam Divaei et Maldeg.“** Sed paulo infra **de eadem re!:** lugubreis] **omnes scripti codices praeter Maldeg**

Div: **lugubris.** Hic perspici potest, quanta se gesserit Cruquius licentia, cum ne de una quidem re idem proferret, sed semel, nescio quo errore, unius codicis adderet lectionem.

habent lugubris, ut sit casus genetivi; quod et in Bland. antiquiss. adnotatum vidi.

I, 25, 5 facilis] sic habent Bland. quos sequor, alij facileis cum vulgatis.

II, 1, 1 . . . eo quod in Divaei cod. litteris vetustate prope oblitteratis scriptum offenderim, **Metello, id est, ex eo tempore quo Metellus fuit consul contra Iugurtham.**

II, 10, 2 urguendo habent cod. Bland., quos sequor.

II, 10, 12 fulgura monteis] Sic habent omnes scripti lib., non fulmina, ut vulgati.

II, 11, 17 Euiius] sic inveni in Bland. vetustiss, sed a sciolo supraposita nota aspirationis. alij omnes habent Euhius.

II, 17, 14 Gygas] Sic habent sine ulla litura aut macula omnes lib. scripti quos mihi videre contigit.

quae omnino non ibi invenitur. Similiter Epist. I, 11, 22 de eadem re affert „quatuor Bland. Mart. et Sil." et post paucas lineas: „scripti Bland. et Mart."

Div: faciles. Ergo eis=es·

Div. verbis valde oblitteratis etabbr eviatis supra „ex metello" haec adnotata habet id est: **ex illo tempore quo metellus fuit consul contra Iugurtham."** Hic iterum cognosci potest Cruquii incuria, cum codex exhibeat „ex illo," non „ex eo".

At Div. quoque: urguendo, unde elucet, Cruquium hic Blandinios tantummodo inspexisse codices.

Div: **fulgura montes.** Ergo eis=es.

Div: Euchius; — quam varietatem Cruquius fortasse ideo omisit, quia in Div. codice pro h saepe ch scribitur, velut michi, nichil etc.

Div: gigas. Hic iterum in re orthographica minus accuratus est Cruquius, praesertim cum hac adnotatione adversetur lectioni Gyas. Accuratius et rectius de eadem re narrat carm. III, 4, 69: „Gigas] sic habent omnia scripta".

II, 10, 23 Rhecum] Sic habet cod. Bland. antiquiss. sed non sine litura . . . . . alii omnes cod. habent Rhetum. III, 4, 10 altricis] soli natalis. duo Bland. et Mart. habent nutricis.

III, 6, 9 Monaesis] Cod. Bland. Divae Malde. Sil. — Mart. Monaesus.

III, 7, 4 fidei] Cod. Bland. cum Maldeg. et Sil. Mart. fide Divae. fidi

II, 12, 15 arto] Bland. antiquiss.

III, 16, 26 impiger] sic habent omnia nost. script.

III, 23, 2 Phidyle] sic habent omnes Bland. cod. . . . Alij cod. partim Phillide legunt, partim Phidile.

III, 23, 19 mollibit] cod. unus Bland. cum Maldeg. et Mart.

III, 25, 6 consilio] sic omnes manuscripti uostri, per s, non per c

Div: **Rhoetum.** Ergo iterum neglegens fuit Cruquius in re orthographica.

At Div. quoque: nutricis. Hoc igitur loco Divaei codicem Cruquius non inspexit.

Div: monesis. Neglegens iterum in re orthographica.

At Div. fidī = fidei. Hic merus est error Cruquii legentis, quales permulti ostendentur a nobis. Consulto certe hic non fefellit, id quod credere videtur Kellerus in Epil. I, p. 217 et III, p. 801 et in editione maiore ad hunc locum.

At Div. quoque planissime: arto. Divaei igitur codicem non inspexit.

At Div: impier.

At Div. philidae Iterum ergo neglegens est in re orthographica.

At Div. quoque: mollibit Ergo Cruquius codicem Div. non inspexit.

At Div. planissime: concilio. Hic igitur summa cum incuria de omnibus

consonantem.

III, 25, 12 ac mihi devio] **Cod. Divae.** Sil. et Mart.

codicibus Cruquius refert, quamquam non omnes inspexit.

Cod. Div: at mihi devio, qui error iterum summa Cruquii neglegentia factus est.

De quarto carminum libro ideo nihil proferri potest, quia ad eum librum tantummodo codices Blandinios adhibuit Cruquius.

Epo. 5,37 Lambinus legit exsucta, cui subscribit codex Divaei manuscriptus cum adnotatione codicum Blandiniorum supra dicta, habet enim exucta, id est, extracta.

Epo 6,3 quin huc inaneis, si potes, verte minas] hanc lectionem habet codex antiquissimus, et codex Divaei.

Epo 11,11 contra ne lucrum] hic secutus sum codices Blandinios, et annotationes manu sine ulla litura aut macula scriptas contra vulgatam lectionem, quam non improbo, puta, contraque lucrum etc.

Epo 13,18 deformis aegrimoniae] ita habent quatuor cod. Bland. sine ulla copula.

Epo 15,23 eheu translatos] tres codices Bland. habent, heu, heu: 4 autem eheu.

Hic Cruquii et probitatem et incuriam perspicias, habet enim **codex Divaei: exuta,** littera c neglegenter erasa, et superscr. **abstracta,** non autem **extracta**

Div: quin huc **inanes** si potes verte minas. Ergo: eisses.

Hic Cruquius iterum Blandinios tantummodo adhibuit codices, **nam Div. quoque exhibet: „contra ne lucrum nichil valere candidum".**

Hic iterum solos Blandinios inspexit, nam Div. quoque: „deformis egrimon iae dulcibus alloquiis

Solos Blandinios inspexit, nam Div. quoque: heuheu.

C. s. 58 quaeque vos bobus veneratur albis etc.] et deinde: impetret bellante prior etc.] hanc lectionem non mutavi, quia in quatuor codicibus eadem erat cum suis annotationibus et Divaei cod.

Sat. I, 1, 19 nolint] sic scriptum est in omnibus codic.

Sat. I, 3, 38 sapiens] in hoc consentiunt omnes manuscripti codices. nam moderate uti docet sapientia.

Sat. I, 1, 39 demoveat] in omnibus scriptis praeter Mart.

Sat. I, 1, 91 in campo] sic scriptum est in omnibus antiquis.

Sat I. 1, 94 ne faciat] in hac scriptura consentiunt omnes scripti codices, nec re vera aliter legi debet, quia suadet Horatius avaro, ne faciat quod Numidius quidam etc. et ita hunc locum refert Sosipater Charisius lib 2 de

Div: quaeque vos bubus veneratur albis" et tum: „Impe. ret (littera t neglegenter erasa) bellante prior. iacentem.

Ergo minus accuratus est Cruquius in orthographicis.

At Div. plánissime: nolunt. Deprehendimus igitur Cruquium iterum neglegentissimum.

Hic Cruquius si non neglegens at certe minus accuratus fuit, **cum nunc cod. Div. exhibeat a prima manu „paciens". Sed ea prima manus primo habuit „sapiens", quod mutavit ipsa in „paciens",** sed ita, ut prioris lectionis vestigia satis perspicua essent.

At Div: dimoveat. Denuo Cruquius neglegens fuit.

At Div: in campum. Cruquius neglegens fuit.

Div: facias; — ex Cruquii ipsius verbis, quae universa iteravimus, cognosci potest, hunc merum esse typographi errorem pro facias. Ceterum hoc idem Schuetzius cognovit et annotavit ad hunc locum.

coniunctione his verbis: Item „ne“, accento acuto imperativa recipit, ut, ne fac. Quoties vero gravi accentu, pro eo quod est, ἵνα μή“, accipitur optativa recipit, ut apud Horatium, ne facias quod Numidius, etc.

Sat. I, 2, 14 quinas hic capiti exsecat] Exsecat scriptum est in omnibus codicibus.

Sat. I, 2, 45 ut cuidam t.] Lambini emendationem ex vetustis codic. non possum non amplecti, cum et in codice Tons, „cuidam“ expresse sit adscriptum et in codice Divae: in dictione ferro, maculata videatur ultima syllaba, atque pro um substitutum sit o.

Sat. I, 2,81 sit licet hoc Cer.] horum trium versuum sese continuo subsequentium varia est lectio. Tons. **cum Divaei. codice habet, sit licet, o Chaerinte tuum etc.**

Sat. I, 2,111 statuat] in hoc etiam secutus sum scriptos codices.

Sat. I, 3,62 simplicior quis et est] sic habent omnes scripti manu.

Sat. I, 3,65 aut tacitum impellat] sic habent omnes

Div: exigit, superscr. a debitore.

Div: ut quidam testes. — caudamque salacem demeteret ferro: — **sed in verbo „ferro“ ad finem nihil erasum est: paululum casu detrita est charta, sed nihil mutatum.** Nimis ergo acutus Cruquius in rasuris est ibique plura se vidisse credidit quam vidit.

Div: sit licet. o cirinthe tuum.

In margine: **h'erinte**

Div: Statuit habet, sed hoc tantummodo oblitteratum videtur ex statuat.

At Div: Simplicior si quis est.

At Div: Inpellat, superscr. ad iram. Minus igitur

buos legi praesertim, quod in Div. codice adnotata sit interpretatio, **im**pellat ad iram.

Sat. I, 3, 96 in omnibus autem scriptis cod. haec est interpunctio, laborant cum ventum. . . . .

Sat. 1, 3, 128 quô] unus codex Bland. habet quî, sed reliqui omnes, quô, id est, **ad quid hoc respondes habet cod. Divae.**

Sat, I, 4. 120 Barus inops] sic cum vulgato codice habent lib. Mart. Tons; at 4 Bland. Busl. Baius. Nannij vero Varus.

Sat. I, 5, 62 In Divaei codice etiam adnotatum est, quod vix tandem quoque assecutus sum: Campania est regio, et illi genti Campaniae solent innasci magnae verrucae in fronte, quas faciunt incidi.

accuratus est in re orthographica.

At Div. sic interpungit: peccata.- laborant cum ventum ad verum est. Post ventum igitur nulla interpunctio.

Div: quo, et superscr. est: ad quid (dicis hoc?) Duo extrema verba maxime oblitterata ita legenda esse videntur. Certe **autem „hoc respondes“ ibi scriptum non fuit,** id quod ex litterarum tractibus residuis apparet. Cruquius igitur magna levitate ea, quae non satis perspicua erant, supplere ausus est.

Div. quoque: Barus inops. Cruquium codicem hic non inspexisse mirum est.

Div. in margine satis abbreviata haece habet: „Campania est regio, et illi genti campaniae solet (sic!) innasci magne verruce in fronte, quas faciunt incidi, et sic dicit ibi in modum campani morbi.“ Haec, si reliqua scholia conferas, satis clara et perspicua lectu sunt in codice, extrema autem paulo magis oblitterata, quam ob rem a Cruquio homine,

Sat I, 6, 86 omnes scripti codices habent, ad hoc nunc. praeter Divaei, et unum Bland., qui habent ad haec nunc.

Sat I, 6, 117 Divaei autem codex hanc interpunctionem, **astat echinus, vilis cum patera guttus etc.**

Sat I, 10, 21 qui ne putetis] habent omnes scripti codices.

Sat I, 10, 41 comis garrire] comis, id est, suavis, habent tres codices Bland. cum Mart. sed Tons habet, comeis, id est, comicos. **Divae habet, comeis, ornatos vel curialeis.**

Sat II, 1, 83 — 86 esto siquis mala] Haec sunt Horatii percontantis Trebatium ad eum usque versum, solventur risu t., idque cum nota interrogationis in vetustissimo inerti, omissa sunt.

Hic Cruquius erravit; cod. Div. enim habet signum, quod medium fere est inter h· = hoc et h- = haec. Sine dubio „hoc" legendum est, praesertim cum recentiore manu nigriore atramento super „ad" scriptum sit: l. (legitur) ab. (nimirum: ab hoc.)

Div: **adstat echinus; vilis cum patera guttus; — at utraque interpunctio manu recentiore facta** est nigriore atramento. Praeterea illa socordia de „astat" pro „adstat" Cruquii more excusatur, qui hic tantum disserit de interpunctione.

At Div: qui ne putatis.

Div comes, sed littera e posita in littera i longa. Superscr. manu recentiore nigriore atramento: ornatos vel curiales. Ergo eis=es.

Hic erravit Cruquius, nam post latraverit Div. primamanu habet punctum (.), recentiore manu nigriore atramento signum: quod illa manu pro

codice Bland. sed codex Divae. habet interrogationis puncta post latraverit.

Sat. II, 2, 58 ac nisi mutatum parcit defundere v.] sic legitur in 4 codicibus Bland. reliqui habent diffundere. parcit defundere v. et.] sic habent omnes scripti cod praeter Mart, in quo ⁊ et omissum est.

Sat II, 2, 79 atque affligit humo] scripti codices ad unum omnes habent, adfigit.

Sat. II, 2,99 as laqnei p.] sic habent 4 cod. Bland. et Tons. ceteri, aes

Sat. II. 2, 99 Trasius] varie transformatur haec dictio: 4 codices Bland. et Tons. habent, Trausius Busl. Traxius, Nan, Traulius **Divae. Tosius.**

Sat. II, 3, 96 quas qui construxerit] Sic codex unus Bland. et Busl. **ceteri omnes, con-commate poni solet.** Interrogationis signum in codice tale est:~

Div: „ac nisi mutatum parcit diffundere vinum." Ceterum hoc loco, quomodo Cruquius codicum lectiones proferat, cognosci potest. Primo enim aspectu his duobus locis varia de eadem re referre videtur. At in secundo tantum dicere vult, in omnibus codicibus verbum „et" scriptum esse praeter Mart. codicem. Quod cum diceret, iterum neglegens fuit; nam Divaei codicem, qui idem „et" omittit, non inspexit.

Div: affigit. Cruquius. igitur neglegentior in re orthographica.

Div: es. Neglegens ergo Cruquius est in re orthographica

Hic Cruquius legens erravit Div. habet enim litteram t, superscripto signo litterae r, tum fragmenta litterae a vel u vel n erasae. tum duas syllabas: „sius", ut scriptum fuerit **trasius** vel **trusius** vel **trusius.** Quam autem Cruquius pro o habuit, est littera .p. (=nomen proprium), quae in nominibus propriis superponitur in codice.

At Div. quoque: **construxerit**

traxerit

Sat. II, 3, 163 Codices Bland. et Tons. habent tententur. ceteri, tentantur.

At Div: „temptantur". Minus igitur accuratus est Cruquius in re orthographica.

Sat. II, 3, 183 latus ut in circo] sic habent omnes cod. scripti.

Div. autem in rasura: „letus". — sed vocabulum „magnus" superscriptum antea „latus" scriptum fuisse ostendit.

Sat. II, 3, 194 putescit] in hoc verbo nulli codices scripti dissentiunt:

At Div. planissime: **putresit** (sic).

Sat. II, 3, 208 Codex Div. habet alias veri, sed supra i litteram, o posita est.

In Div. in verba „qui species alias veri" manus recentior nigrius atramentum induxit, sed supra i non posita est littera o, sed hoc est residuum glossae superscriptae, maxime oblitteratae, prima manu factae.

Sat. II, 3, 212 committis inaneis] sic omnes codices praeter unum Bland. qui habet, admittis.

Div.: committis inanes. Ergo: eis=es.

Sat. II, 3, 213 codex Div. habet, purum est vitio, vel cum t. e. cor.

At Div: [stas animo.˜ et vitio purū ē.- ṫ cū tumidū ē cor.] = stas animo.˜ et vitio purum est.- tibi cum tumidum est cor.˜ Verbum „vitio" super „purum" manu recentiore nigriore atramento scriptum. Plane igitur diversa est vera codicis Div. lectio.

Sat. II, 3, 235 verris] sic habent scripti libri omnes

Div. prima manu: verris: at altera manus recentior ni-

praeter Mart, qui sequitur vulgatam lectionem.

griore atramento corr. in vellis.

Sat. II, 3, 260 agit ubi secum] haud aliter habent omnes scripti cod.

At Div. planissime: **ait ubi secum.**

Sat. II. 3, 287 non celabo lectorem, me in Tons. Sil. et Div. codicibus invenisse **Meneci.**

At Div: **menenii** vel **meneitii.** Certe non meneci.

Sat. II, 3, 300 si vendas omnia pluris] hanc lectionem inveni in duobus cod. Mart. et Div. Silvius etiam habet, si, sed cum c littera suprascripta.

Div: si vendas omnia pluris; - sed supra si manu recentiore nigriore atramento scripta littera c. Fortasse Cruquius hic Divaei codicem per errorem posuit pro Silvio codice.

Sat. II, 4, 48 Ceterum codex Silvius et Div. habent, in re una est consum. cur.

Div: satis in re una consumere curam. Error Cruquii ortus est ex codicis scriptura una c̄sumere. Illud c̄ = con ante sumere, satis crasse scriptum in codice, pro ē = est habuit, sed simul idem iterum pro c̄ = con legit per errorem.

Sat. II, 5, 38 fi cognitor ipse] sic habent 4 Bland. Busl. et **Div.** reliqui habent, sis.

At Div. planissime: **sis**: — is litterae manu quidem recentiore nigriore atramento in rasura, sed s littera, iam prima manu scripta, antea quoque „sis" scriptum fuisse ostendit.

Sat. II, 5, 90 offendet garrulus ultra] sic habent codices Bland. 4. M. Tons. Busl. Sil. Div.

Div.: offendat garrulus ultra.

Sat. II, 6, 54 derisor ad omneis] cod. Div. Mart. et Bland. derisor ad omneis.

Sat. II, 7, 18 quanto constantior iisdem in vitiis] sic omnes, quos legi, codices scripti . . . praeter Tons. qui consentit lectioni vulgatae.

Sat. II, 7, 64 Codex Divaei habet (quantum licet conicere notis usu et vetustate tritis) **non peccat superne, id est, non resupinat adulterum.**

Sat. II, 7, 71 prava] malim legere priva, quemadmodum mihi videor legisse in codice Divaei.

Sat. II, 7, 105 qui tu impunitior illa quae parvo sumi nequeunt opsonia captas] sic habent omnia scripta.

Sat. II, 8, 50 mutaverat] mutaverit habent omnia scripta.

Ep. I, 1, 33 miseroque cupidine] sic habent 4 Bland.

Div.: derisor ad omnes. Ergo eisdes.

Div.: „i. dem“ cum rasura litterae s post i litteram. Cruq. igitur Divaei codicem non inspexit aut primam secutus lectionem, neglegens fuit in re orthographica, cum isdem, non iisdem proferre deberet.

In Div. supra superne scripta sunt verba maxime oblitterata, qua haec significare videntur: „non insuper id est, incipit ea re.“ In margine in sinistra parte haece leguntur, eadem plane oblitterata: „Licet utrique (vel utique) peccent, et quamvis sit adultera.“ Licet hic paucis erraverimus, **tamen ea, quae Cruquius protulit, ibi non sunt.**

At Div.: **prava.** Quamquam a littera ab inferiore parte paululum oblitterata est, tamen lectio „prava“ plane perspicua est.

Div: qui tu impunicior illa quae parvo sumi nequeunt obsonia captas -

Div.: mutaverit.

Div.: miseraque.

Tons. Sil. Busl. reliqui misera, non apte.

Ep. I, 2, 8 aestum] sic habent 4 Bland. Tons. Sil. cod. reliqui, aestus.

Ep. I, 2, 23 Circae pocula.] sic habent omnia scripta quae legi, non circes.

Ep. I, 4, 7 dederunt] hanc lectionem probat Commentator, nec aliter inveni in omnibus scriptis.

Ep. I, 5, 26 legendumque contra omnia quae legi scripta, Brutum pro Brutam; quod est in scriptis.

Ep. I, 6,34 porro et] τὸ et in tribus Bland. adiectum omittere nolui.

Ep. I, 7, 34 compellor] habent hic 4 Bland. Busl. Tons., sed Mart. habet, compellar, cum alijs.

Ep. I, 8,14 utque] sic omnes codices scripti.

Ep. I, 9, 2 et prece cogit] sic habent omnia scripta quae legi.

Ep. I, 10, 18 Varia est horum versuum lectio. Mart. cod. habet, expellas, reliqui omnes expelles etc. Deinde

At Div. quoque aestum.

At Div. planissime: **circes.** Quam summam Cruquii levitatem iam Holderus protulit ad hunc locum in editione maiore.

Div. 1. maxime oblitteratus discerni non potest.

Div. 2 planissime: dederant.

At Div.: **butram**, non **brutam.**

Cum in Div. quoque post „porro“ scriptum sit „et“, codicem Divaei a Cruquio hic inspectum non esse elucet.

At Div. quoque: compellor.

Div: **utique.**

At in Div. hoc omne carmen omissum est, quam Cruquii incuriam iam Holderus in medium protulit in editione maiore.

Div. habet „expelles“ quidem, sed idem „fastigia“, unde apparet Cruquium codicem Divaei hic non in-

4 Bland. Busl. Sil. habent vestigia. Mart. et Tous. fastigia.

spexisse.

Ep. I, 10, 28 potiusque medullis] sic Divae, Tons. reliqui, ve.

Div: **propriusque medullis**. Cruquii illud „potius“ merum typographi errorem esse iam suspicatus est Kellerus Epil. III p. 641 et nunc codicis Divaei vera lectione confirmatur.

Ep. I, 17, 21 Div. cod. et Busl. habent, tu pascis vilia.

At Div. planissime: tu **poscis vilia.**

Ep. I, 18, 19. An Dolichos.] Sic habent tres cod. Mart. Tous et Sil., quos secutus sum, tres Bland. habent Dolicis.

Div. quoque: „an dolicis plus.“ Ergo Cruquius hic codicem non inspexit.

Ep. I, 18, 56 refigit nunc] sic habent omnes libri scripti cum interpunctione τό nunc et τό et: quam lectionem confirmat τό adiudicat. [Cruquius igitur habet in textu: sigua refigit nunc: et siquid.]

At Div. aliter interpungit: „signa refigit, nunc et siquid.“

Ep. I, 18, 111 qui donat] omnes lib. scripti habent, ponit et aufert.

At Div. planissime: **qui donat et aufert.**

Ep. II, 1, 115 abrotonum] scriptum est in omnibus lib. antiquis, non abrotanum, ut vulgo

Div.: „habrotonum“.

Ep. II, 1, 222 reprehendere] sic in omnibus scrip. legitur.

At Div.: repreendere.

Ep, II, 2, 8 imitaberis] sic habent omnes Bland. Busl. Divae. Sil. atque ita legendum esse censeo.

At Div. nunc quidem habet „imitabitur“, quamvis radendo ex imitaberis mutatum sit.

Ep. II, 2, 71 purae] sic habent omnes praeter Mart. cod. qui sequitur vulgatam lectionem.

At Div. habet prima manu „dicte“ et recentiore manu nigriore atramento superscr.: „l' pure“.

Ep. II, 2, 205 Divae. et Mart.: „non es avarus? abi. quid? cetera iam simul isto cum vitio fuge.

Div.: non es avarus. abi. quid. caetera iam simul isto cum vitio fuge . . .

Ars poet. 49. rerum et.] sic habent omnes scripti cod.

At Div.: rerum. sine „et“.

A. p. 183 Actoris parteis chorus] omnes quos vidi codices scriptos, habent, actoris parteis.

Div: actoris partes. Ergo eisses.

A. p. 249. fricti Ciceris] sic in omnibus scriptis, **non autem fracti,** ut habent vulgata.

At Div. planissime: **fracti.**

A. p. 362 te capiat] sic Bland. codices.

Div. quoque „capiat“.

A. p. 378. summo decessit] sic Bland.

Cum Div. quoque habeat, „summo decessit“, codicem a Cruquio inspectum non esse elucet.

A p. 393. rabidosque leones] sic habent omnes scripti, **non rapidos, ut vulgati.**

At Div. planissime: **rapidosque.**

His omnibus collatis et pertractatis, Cruquium, etiamsi numquam fraudis voluntariae convinci potest, tamen inaudita quadam et nefaria fuisse neglegentia et socordia elucet. Primum enim in rebus orthographicis prorsus nulla dignus

est fide. Deinde tanta levitate fuit, ut, quamquam de omnibus loquebatur codicibus, tamen non omnes inspiceret, quo factum est, ut Divaei codex saepius ea exhiberet, quae in nullo codice esse editor ipse certissimis dictitaverat verbis, quam ob rem ex silentio de codicum Cruquianorum lectionibus quicquam ratiocinari satis dubium et incertum est.

Quid? quod tantum neglegentia ille homo processit, ut ne eae quidem lectiones, quae ex codice Divaei commemorantur, semper re vera inveniantur in codice.

Huc accedit, quod in rasuris et lituris numquam fere ea, quae antea scripta erant, ab iis, quae postea posita sunt, disiunxit, tum saepius res se legisse credidit, quas, si accuratius contemplatus esset, aliter se habere cognovisset.

Praeterea diversarum manuum lectiones numquam fere secrevit, et postremo tanta fuit socordia, ut scholia usu et tempore oblitterata suo arbitrio suppleret.

Quod interdum non omnes codices inspexit, sed nonnullorum tantum exemplarium lectiones protulit ac semel atque iterum nulla praeter Blandinia exemplaria, ut memorabilissima et optima, adhibuit, fortasse excusari potest.

Quam ob rem summa cautione et cura opus est, si quis lectiones codicum Blandiniorum a Cruquio, homine etsi non falsario vel fraudulento, at certe neglegenti et licentissimo prolatas, in suum usum conferre volet.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010678042